



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

ÖSTERREICHISCHE
NATIONALBIBLIOTHEK

300.560-C

ALT-

Mikroverfilmt
Umsignieren auf

MF 5070

300.560-C.Alt



ÖSTERREICHISCHE
NATIONALBIBLIOTHEK

300.560-C

ALT-

Mikroverfilmt
Umsignieren auf

MF 5070

300.560-C.Alt



JOSEPHI LEONARDI BANNIZÆ,

IVR. VNIV. DOCT. SAC. CÆS. REG. MAIEST.

CONSIL. REGIM.

DELINEATIO
JVRISPRVDENTIÆ
NATVRALIS

DISSERTATIONIBVS,

QVÆ

DE SINGVLIS MATERIIS PRODIERVNT,

ILLVSTRATA.

EDITIO SECVND A.

VINDOBONÆ,

TYPIS GEORGII LVDOVICI SCHVLZII,

ACADEMICI TYPOGRAPHI.

MDCCLXII.

300.560-C

✓ JANNIZA (von Bazan), Joseph-Leonhard



300 000 000



SECTIO I.
DE
JURE NATURÆ IN GENERE.

§. I.



Deus T. O. M. quum hominem creaverit, eidem certum præfixit finem, qui sine mediis obtineri nequit: media autem perveniendi ad finem a supremo Ente in creatione hominis præfixum nihil aliud sunt quam *leges*, quæ rectissimam tutissimamque viam adsequendi finem monstrant. Hæ leges, quum a Deo tanquam Auctore naturæ procedant, atque cum ipsa natura humana necessario conjunctæ sint,

A

recte

recte *naturales* vocantur. Unde nemo, etsi sceleratissimus esset, inficias ire poterit, existere *Jus NATURALE*; cujus existentiam (*) varii Icti argumentis certe evidentissimis demonstrarunt. Sic NICOL. AND. POMPEJVS *peculiari dissertatione existentiam juris naturæ vindicavit. Altorfii. 1688.* MICHAEL. CHRISTOPH. HANOVII *Examen dubiorum contra existentiam juris naturæ motorum. Lipsiæ. 1720.* JOH. GOTTHELFF. ROSÆ *dissertationes sex de existentia juris naturalis. Rudolstadtii. 1722.* JOH. SERLAGHIUS *de origine juris naturalis. Vpsalii. 1728.* JOAN. JACH. WEIDNER *jus naturæ omnibus congenitum & insitum. Dissert. IV. Rochstogii. 1711.* GERARD. VAN DER MVELEN *de origine juris naturalis. Trajecti. 1684.* JOAN. MÜLLER *de jtris naturæ veritate. Vitebergæ. 1677.* VALENT. ALBERTI *de origine juris naturæ. Lipsiæ. 1668.* JOH. CHRIST. HEDLERI *dissert. de divinarum legum existentia, certitudine, immutabilitate, earumque cum humanis consensione. Witteb. 1732.* JOH. HILDEBRAND *de lege Dei æterna. Helmstadtii. 1651.*

*) Jus naturale non modo existit, sed & ejus culturam summopere utilem, necessariamque esse, in dubium nemo vocabit. Summam profecto utilitatem scientiæ juris

ris naturalis cum in profanis, tum in sacris præstat. Est enim basis ac fundamentum vitæ civilis, & omnisque juris fons uberrimus, præcipue jurisprudentiæ Romanæ, quoniam illa partim ex legibus naturalibus, partim ex præceptis gentium & civilibus collecta est. Accedit, quod & ipsa potestas legislativa limitibus jurisprudentiæ naturalis circumscripta est; quin imo controversiæ inter ipsos Imperantes aliasque personas illustres ortæ ex nullo alio quam naturali jure decidi ac determinari possint. Est quoque basis ac fundamentum sanæ Theologiæ, nec non & religionis revelatæ fulcrum immobile. Arcuissima namque harmonia religionem revelatam inter & naturalem intercedit. Nihil certe in religione revelata præceptum, quod in naturali esset prohibitum, nihilque prohibitum, quod in naturali esset præceptum, sed quod in religione naturali aut præceptum, aut prohibitum reperitur, id ipsum quoque ut in religione revelata aut prohibitum, aut præceptum sit, necesse est, quoniam utriusque religionis idem est Auctor, quem sibi contradicere posse, nemo sine summa blasphemia asserere potest. Utramque utilitatem fortissimis argumentis comprobendam in se susceperunt Jcti in separatis tractatibus. LAVRENT. REINHARD *de insigni utilitate juris naturalis. Vinar. 1739.* IOH. GOTTHELF ROSA *de utilitate juris naturalis ad Theologiam. Jenæ 1720.* IOH. BALTH. WERNHER *de utilitate juris naturalis in foro. Ioh. CHRIST. SCHROETER de juris naturalis & civilis concordia. Jenæ. 1715.* BARTHOLD. SCHYLTEN *de convenientia legis romanæ cum lege naturali. Grœningæ. 1747.* IOH. STRAVCHIVS *de juris naturalis et civilis*

civilis convenientia. Fena. 1674. IMM. WEBER de habitu juris naturæ ad disciplinam Christianorum. Giffæ. 1699. CHRIST. WILDVOGEL de usu juris naturæ in actionibus Principum perspicuo. Fena. 1714. HERM. CARL. LVD. DE NAVENDORFF de usu juris naturalis in actionibus Principum. Fena, 1715. HENR. ERNEST. KESTNER de statu jurisprutiæ, atque necessaria juris civilis & naturalis conjunctione. Rintelii 1699. M. L. B. de ICKSTATT de necessitate studii juris naturæ & gentium. Wurceburgi. 1732. IOH. WILH. ENGELBRECHTI Oratio de jure naturæ & gentium, magno Civilis jurisprudentiæ præsidio. Helmstadii. 1705. CHR. LVD. CRELLIVS de adjumentis juris civilis ex jure naturali. Wittebergæ. 1730. GEORG. ADOLPH. CARROCIUS de usu juris naturalis in statu civili. Gryph. 1708.

§. II.

JVS NATVRALE nobis est *complexus legum a Deo toti generi humano per rectam rationem promulgatarum.* Ex qua definitione quis colliget, a jure naturæ differre jus divinum positivum universale (*), & quidem non tantum ratione Auctoris, sed & promulgationis, atque mutabilitatis. Illud enim procedit a Deo tanquam Auctore naturæ: hoc vero tanquam libero legislatore; adeoque prius immutabile, posterius econtra mutabile. Illud per rectam rationem tanquam modum uni-

universalem omnibus hominibus proprium promulgatum est: hoc per sacram scripturam atque traditionem nobis innotescit. Discrimen inter utrumque jus erudite ostendit SAM. ANDR. in *Vindiciis juris divini moralis scripti, quatenus a jure naturæ distinguitur. Marpurgi. 1688.* JOH. UP-MARCK *discrimen legum divinarum universalium naturalium & positivarum. Upsalii. 1685.*

*) Per jus divinum positivum universale intelligimus verbum divinum revelatum, tam scriptum, quam non scriptum, ceu traditum, præter quod & in specie Legem Evangelii nullum aliud jus divinum positivum universale admittimus. Frustra sane adstruuntur ab hebræis septem illa præcepta, quæ Noacho a Deo data esse, sine fundamento jactant. Nam id destituitur fide historica, nec unquam probari potest, illa vere Noacho data esse, & si quædam eorum, quæ præcepta illa inculant, nota sunt Noachidarum posteris, ea illis non ex traditione, sed ex recta ratione innotuerunt, proindeque non sunt leges positivæ, sed per rectam rationem promulgatæ. Huc præprimis spectat IOH. ANDR. HANNESII *opusculum de non existentia legum divinarum positivarum universalium; quo argumenta aliunde petita non solum rite examinantur, sed & novæ quædam probationes præsertim in auditorum suorum usum adduntur. Gættingæ. 1744.* IOH. SIGISM. VNGEWITTER *num jus divinum datur positivum universale. Gættingæ. 1742.* HENRIC.

KLAUSINGIUS *de legibus divinis positivis universalibus. Vi-
tebergæ. 1711.* IMM. WEBER *de legibus divinis positivis
universalibus. Giessæ. 1705.* CHRIST. REITZER *de jure
divino positivo universali. Hafniæ. 1702.* ALBERT. RI-
PER. *de lege ac legibus divinis positivis universalibus in spe-
cie. Hamburgi. 1722. 8.* JOH. AND. GRAMLICHII
vindicicæ legum divinarum positivarum universalium.. 1714.
MICH. HENRIC. REINHARDVS *de jure positivo universali.
Vittebergæ. 1728.* JOH. GOTTL. JACHMANNI *dissert.
de genuino charactere legum divinarum practicarum univer-
salium. Lipsiæ. 1749.* GEORG. GOTHOFR. KEVFFELII *di-
spert. de legibus divinis positivis universalibus. Helmstadii.
1751.*

§. III.

Jus illud, quod Deus sapientissimus naturæ
humanæ indidit, inscripsit, atque inculcavit, quum
ab eo tanquam Auctore naturæ procedat (§. II.),
debet cum ipsa natura necessario conjunctum (§. I.)
esse, ab eaque inseparabile. Quare stante hac
natura nulli id obnoxium esse mutationi (*),
quivis facile intelliget. Hanc immutabilitatem so-
lide ac nervose nobis exhibuit IOAN. DAVID
SCHWERTNER *in dissertatione de juris naturæ im-
mutabilitate. Lipsiæ. 1680.* CASP. a RHEDEN *de
immutabilitate juris naturæ. Bremæ. 1717.* IOAN.
BERNH.

BERNH. LVHN *de legis naturæ immutabilitate. Witebergæ. 1702.* JVST. MAVRIT. WALLENDORPVS *de immutabilitate juris naturæ. Ultrajecti. 1714.* DANIEL. FRIDERIC. HOHEISEL *de immutabili legis naturæ veritate. Gedani. 1717.* ERH. REVSCHIVS *de immutabili lege naturæ. Helmstadii. 1739.* ERNEST. TENZEL *de juris naturæ immutabilitate. Erfordii. 1719.* HENRIC. COCCEIVS *de immutabilitate juris naturæ. Ultrajecti. 1690.* JOAN. CRAMERVS *de immutabilitate & mutabilitate juris naturæ, gentium, & civilis. Francofurti. 1669.* JOAN. CASP. BRENDEL *de immutabilitate juris naturæ. Lipsiæ. 1689.* GOD. CROONENBERGIVS *de juris naturæ constantia & immutabilitate. Lugduni Batavorum. 1721.* JOH. CHR. HEDLER *de divinarum legum existentia, certitudine, immutabilitate earumque cum humanis consensione. Wittebergæ. 1732.* JOAN. JOACH. ZENTERAVIVS *de origine, veritate, & immutabili re-ctitudine juris naturæ & gentium. Argentorati. 1678. & 1684.*

*) Idipsum quoque statuimus de jure gentium, quippe quod a jure naturæ indistinctum est, & qui inter utrumque discrimen admittunt, rationem sane fugiunt; nam sive homines singulos seorsim, sive in certas societa-
tes

tes minores aut majores collectos consideramus, semper eadem manent præcepta, eadem leges. Unde jus naturæ a jure gentium (quod obligat per modum legis) nec principio cognoscendi, nec ipsis regulis, sed solo objecto discernitur; prout illud vel versatur circa actiones singulorum hominum, vel integrarum gentium. Si *prius*, jus illud NATVRALE, si *posterius*, JVS GENTIVM vocamus, quod nihil aliud est, quam ipsum *jus naturale causis & negotiis integrarum gentium applicatum*. Quod eleganter comprobavit in peculiari dissertatione JOAN. CONRAD. DVRIVS *de juris gentium cum jure naturæ consensu*. *Aldorfi*. 1761. DAVID. FRIESKAPPEINE *an & quatenus jus gentium a jure naturæ differat?* *Lugduni Batarorum*. 1741. JOAN. DAVID. SCHWERTNER *de discrimine juris gentium a jure naturæ*. *Lipsiæ*. 1685. CHR. WILH. LOESCHERVS *de distinctione juris naturæ & gentium*. *Wittebergæ*. 1699. CAROL. LVNDIVS *de fundamentis juris naturæ & gentium, eorumque discriminibus*. *Upsaliæ*. 1700.

§. IV.

Quemadmodum jus naturæ omnem respuit mutabilitatem (§. III.); ita & nec ullam recipit dispensationem; proindeque nec Deum, qui non potest, quod non vult, quidquam contra legem illam æternam indulgere, multoque minus ullum mortalium in illam quidquam sibi imperii adrogare posse, per se patet. Hanc veritatem dilucidarunt varii

varii Jcti, inter quos eminent HENRIC. GOTTL. SCHNEIDER *de legis naturæ indispensabilitate. Wittebergæ. 1705.* JVST. CELLARIVS *utrum in jure naturæ fieri potest dispensatio? Helmstadii. 1761.* VALENT. ALBERTI *utrum dispensatio circa jus naturæ locum habeat? Lipsiæ. 1685.* ERNEST. FRID. SCHROETER *de legislatoris in jus naturæ potestate. Jenæ. 1672.* CAROL. GOTTFRID. WINCKLER *de potestate legum Civilium in jus naturæ. Lipsiæ. 1713.* GEORG. ENGELBRECHT *de potestate Principum in dispensando. Helmstadii. 1695.* JOH. JACOB. BATTIERIVS *de dispensatione & illius jure. Basil. 1693.* THEOD. BOLTZ *de gratia Principis circa delinquentem artificem. Regiom. 1732.* POLYCARP. LYSER *de dispensatione legis. Lipsiæ. 1685.* JOH. PHILIP. PALTHENIVS *de jure principis dispensandi circa leges, præcipue pœnales. Gryph. 1705.* DAVID. STAVINSKIVS *de jure principis pœnas lege divina determinatas mitigandi & remittendi. Halæ. 1695.*

§. V.

Quum igitur jus naturale sit immutabile (§. III.), neque ullam recipiat dispensationem (§. IV.), necesse est, ut bonitas & malitia actio-

B

num,

num, uti & moralitas, quæ bonitatem vel malitiam speciatim moralem efficit, iis sit intrinseca, siquidem jus naturale versatur circa ea, quæ naturæ humanæ, seu essentiæ conveniunt, præcipiendo, ea vero, quæ eidem repugnant, prohibendo. Unde ob hanc ipsam causam, propter quam actiones nostræ liberæ bonæ dicuntur vel malæ, bonitas aut malitia ab iis sejungi sine destructione naturæ humanæ, seu essentiæ nequit; proindeque quam parum essentiæ rerum sint mutabiles, tam parum bonitas aut malitia; adeoque illam actionibus humanis intrinsecam esse, unusquisque facili negotio intelliget. Hanc materiam peculiari scripto illustravit HEINR. KLAUSING *de interna bonitate & malitia actuum moralium. Wittebergæ. 1709.* VALENT. VELTHEMIVS *num actus dentur per se honesti aut turpes, quique a deo in sua natura sint debiti & illiciti. Jenæ. 1674.* GEORG. THEGEN. *de actionibus in se & sua natura, non ob legis prohibitionem malis. Regiom. 1701.* IOH. THEOPHIL. REVLING *de intentione actionem malam non mutante. Halæ. 1705.* CHRIST. MICH. FISCHBECK *de bona intentione ad actionis bonitatem minime sufficiente. Wittebergæ. Item de actus mali causa. ibid. 1699.* CHRIST. FRIED. STIEDLITZ *de inter-*
narum

narum actionum malarum pœnis. Lipsiæ. 1747.
 CHRIST. ROEHRENSEE *de moralitate actus huma-*
ni interioris. Wittebergæ. 1701.

§. VI.

Effectus juris naturalis, uti & cujuslibet legis est OBLIGATIO, quæ est *nexus motivorum cum actione libera*. Si illa motiva in ipsa actionum bonitate aut pravitate consistant, obligatio INTERNA: Si vero in entis cujusdam, cujus imperium agnoscimus, voluntate aliquas actiones sub comminatione pœnæ aut prohibendi, aut præcipiendi, EXTERNA adpellatur. Utramque obligationem legibus naturalibus inesse haud dubitamus. De hac materia egit JOH. ANDR. FROMMANNVS *de obligatione naturali. Tubingæ. 1676.* ERIC. RVDA *de obligatione juris naturalis. Aboæ. 1696.* JACOB. ADELVNG. *de veræ obligationis natura & usu. Jenæ. 1727.* GEORG. ADAM. STRVVIVS *de natura obligationum. Jenæ. 1659.* CONR. GVIL. STRECKER *de vera & genuina indole obligationum in genere. Erfordii. 1728.* CASP. ZIEGLERVS *de obligatione in genere. Wittebergæ. 1678.* POLYC. WIRTHIVS *de obligationibus in genere. Lipsiæ. 1653.* HENR. ERNET. SEEBACH *fontes obligationum*

num principales. Wittebergæ. 1705. BERNH. SCHVLZIVS *de obligationibus in genere. Rintelii. 1661.* ANT. SCHVLTING *de naturali obligatione. Lugd. Batavorum. 1683.* HENR. SCHMERHEM *de obligationibus earumque causis in genere. Helmstadii. 1631.* JOH. EBERH. RÖSLER *de obligatione. Tubingæ. 1717.* HENR. NEVENHRN *de obligationibus in genere. Jenæ. 1622.* CHRISTOPH. KZEMBERGKIVS *de obligationibus in genere. Wittebergæ. 1620.* JOAN. VOLCK. BECHMANNVS *de obligationibus. Jenæ. 1655.* JOH. VAN ALPHEN *de causis obligationum. Lugd. Batavorum. 1675.* ABRAH. KÆSTNER *de legis obligatione in foro conscientie. Lipsiæ. 1745.*

*) Altera divisio obligationis est in *comatam*, quæ cum ipso homine nascitur: & in *adventitiam*, quæ ex facto aliquo humano præcedente resultat. Alia dein est *perfecta*, quando sub comminatione pœnæ vel proposito præmio prohibentur, vel præcipiuntur actiones quædam, vel *imperfecta*, quando sine coactione ad virtutem vel honestatem obligamur. Reliquæ obligationis divisiones quum non sint magni momenti, hic omittimus, sed addimus scriptores huc facientes. SIM. HENR. MVSEVS *de obligatione perfecta. Kiloni. 1708.* HENR. SARTORIVS *de obligationibus imperfectis. Marpurgi. 1629.* JOH. SAM. STRYCKIVS *de obligatione antidozali. Haleæ. 1703.* SAM. FRID. WILLENBERG *de obligatione alternativa. Gedami. 1731.*

§. VII.

§. VII.

Quandoquidem ergo effectus juris naturalis sit obligatio, tam interna, quam externa (§. VI.), quæ in entis cujusdam, cujus imperium agnoscimus, voluntate & quidem necessaria (§. IV.) consistit, non videtur, ideam legislatoris e definitione legis eliminari posse; ac proinde lex naturalis nobis est *norma actionum humanarum a Deo ut Auctore naturæ præscripta*. Per normam intelligimus *evidens boni malique criterium*, quæ ut officio suo ex asse fungatur, debet esse *recta, certa, constans*, & cum obligatione conjuncta, eaque *interna*, siquidem obligatio interna bonitatem cum actione connectit, hominemque ideo ad agendum impellit, eo quod actio bona ipsique utilis sit futura, homines autem sæpissime bonum adparens pro vero amplectuntur; quin imo propriæ utilitati renunciare possunt. Ex quo colligimus, normam cum interna duntaxat obligatione conjunctam esse incertam; adeoque indignam, quæ normæ nomine veniat. Hac de re legi meretur FRID. MENZ *quod norma actionum humanarum in societate improprie dicatur lex naturæ*. Lipsiæ. 1711. JACOB. FRID. MULLER *an jus naturæ extitutum, homines-*

que obligaturum fuisset, etiamsi Deus non existeret. Giessæ. 1739. CASP. A RHEDEN de causa obligandi primoque modo cognoscendi jus naturæ. Bremæ. 1715. JOH. BALTH. WERNIER de norma actionum humanarum. Lipsiæ 1698. IOH. IER. KERN de norma actionum humanarum. Wittebergæ. 1686. IOH. FRIDEM. SCHNEIDER de norma actionum moralium. Halæ. 1698.

§. IIX.

Quum lex naturalis nobis sit norma actionum humanarum a Deo ut Auctore naturæ præscripta (§. VII.), res ipsa exigit, ut de natura actionum humanarum paulo accuratius tractemus. **ACTIO** est motus, cujus ratio sufficiens existit in ipso subjecto agente. Ratio illa sufficiens vel existit in sola anima, vel corpore, vel in anima & corpore simul, unde actio pro ratione circumstantiarum vel **INTERNA**, vel **EXTERNA**, vel **MIXTA** adpellatur. Actiones porro vel sunt **BONÆ**, vel **MALÆ**, prout vel conveniunt finibus, vel ab eo recedunt *). Actiones vero, quarum nobis conscius sumus, quæque in nostra potestate ac arbitrio positæ sunt, **HUMANÆ** vel **MORALES**: quarum autem nec
conscii

conscii sumus, aut quæ nec a nostra potestate dependent, **PHIISICÆ** vel **NATVRALES** nuncupantur. Quare priores *liberas*, posteriores *necessarias* esse; adeoque humanas, non phiificas actiones a jure naturæ dirigi, facile est ad existimandum. Hanc materiam eleganter exposuerunt varii Icti. **DAN. GIHNLEIN** *de actionum humanarum natura & divisionibus. Coburg. 1696.* **CHRIST. GEORG. SCHVHLER** *de natura actionum humanarum. Halæ. 1720.* **GEORG. ALBERT. HAMBERGER** *de natura actionum humanarum.* **CHRIST. GOTTWALD** *de actionibus hominis naturalibus. Lipsiæ. 1719.* **DAN. BEZORINGER** *de actionibus humanis earumque differentiis. Ultrajecti. 1657.* **SIM. HENR. MVSÆVS** *de actionum moralitate, circa quas jus naturæ versatur. Kiloni. 1690.* **HENR. GVTBERLETH** *de actionum moralium differentiis. Davent. 1632.* **IOH. CASPAR. BRENDEL** *de circumstantiis actus humani moraliter boni. Witteb. 1689.* **POLYC. LYSERVS** *uude actionum moralitas dependeat? Lips. 1678.* **IOH. BALTH. WERNHER** *de actionum moralium materiali & formali. Lips. 1697.* **IOH. EICHELIVS** *de humanarum actionum libertate. Helmstadii. 1652.* **CHRIST. RÖRENSEÈ** *de actione morali. Wittebergæ. 1676.* *Item de actione majoris mali. ibid. 1677.* *Item de actio-*

actionibus elicitis. ibid. 1694. IOH. MÜLLER *de actionibus elicitis. Witteb. 1672.* HENR. GOTTL. SCHELLHAFFER *de indole legis permittentis seu de principio actionum licitarum. Lips. 1729.*

*) Tertiam speciem, quam vocant actiones INDIFFERENTES, quæ nec bonæ, nec malæ essent, non admittimus. Omnis enim actio ab homine peragenda debet suscipi cum certis circumstantiis, quæ vel tendunt ad finem, vel recedunt ab eo: si *prius*, actio erit bona, si *posterius*, mala erit. Ex quo ergo evincitur, nullam dari actionem formaliter & in concerto indifferentem, nisi objective & in abstracto: id est præscindendo ab omnibus circumstantiis, quæ alias actionem aut bonam, aut malam efficerent. Huc conferri potest IOH. NICOL. FREY *nullitas actionum hominis indifferentium. Giessæ. 1700.* IOH. FRID. HENNIGKA *de non existentia actionum indifferentium secundum individua. Lipsiæ. 1680.* IOH. EISENHART *de actionum hominum moralitate & indifferentia. Helmstadii. 1679.* TOB. NADLER *de actionibus indifferentibus per principium rationali exploris. Altorfii. 1750.*

§. IX.

Quumque actiones humanæ, ceu morales in nostra potestate ac arbitrio positæ sint (§. IIX.); adeoque a jure naturæ dirigantur, merito inde colligi-

digimus, duo esse actionum humanarum, seu morali-
 ſium principia, INTELLECTVM ſcilicet & VOLUN-
 TATEM. Hæ duæ animi potentiæ ad omnem actio-
 nem humanam *) ut concurrant, necesse est; ni-
 hil enim (ut verbis Summulistarum utamur) voli-
 tum, niſi prius præcognitum. Hujus rei varia ex-
 tant Jætorum ſcripta. Sic HENR. SCHEVRL
de principiis actionum humanarum. Helmſtadii.
 1648. SCHMUCKER *de principiis actionum humana-*
rum. Tubingæ. 1706. IOH. EVERH. ROESLER *de*
principiis actionum humanarum. Tubingæ. 1706.
 GEORG. PASCHIVS *de actionum humanarum prin-*
cipio. Kiloni. 1696. IOH. RICHTER *de principio*
actionum humanarum. Kilon. 1670. MATH. PA-
 LUMBIVS *de eo, quod primum & ultimum eſt in*
actionibus humanis. Jenæ. 1679. IOH. EVCHELIVS
de principio actionum humanarum. Helmſtadii. 1672.
 CHRIST. BREITHAVPT *de principiis actionum hu-*
manarum. Halæ. 1714. IOH. CAP. BRENDÉLI *prin-*
cipium proximum actionum humanarum. Witteb.
 1683. IOH. BOESE *de illuſtri actionum humanarum*
principio, præreſi. Regim. 1705.

*) Ex quo adparet, jus naturæ non cadere in bruta,
 quippe quæ actiones mere phificas edunt, omnique
 rationis uſu deſtituuntur. Non tamen carpendus eſt

VLPIANVS, quum jus naturæ definierit, *quod natura omnia animantia docuit. L. 1. §. 3. ff. de just. & jur.* Is enim non intellexit jus naturæ proprie tale (cujus nomine venit jus gentium primarium) sed potius quatenus pro instinctu naturali accipitur. Optime sane ejus definitio quadrat principiis philosophiæ stoicæ, cui is addictus fuit, ac proinde qui VLPIANVM carpit, se ipsum ignorantiae saltem principiorum stoicæ philosophiæ accusat. Huc spectat ADR. BEJER *an & quatenus jus naturæ cadat in bruta?* Fene. 1664. HENR. JENTSCH *de jure naturæ brutis denegato.* Lipsiæ. 1684. CARL. ANDR. REDELIVS *de jure naturæ in bruta non cadente.* Lipsiæ. 1692. GÖTTL. SCHELGVIGIVS *de obligatione hominis naturali erga bruta.* Gedani. 1714. JOH. FRIDEM. SCHNEIDER *de brutorum religione.* Hala. 1702.

§. X.

Quoniam ergo voluntas nihil potest adpetere, aut adversari, nisi id prius in intellectu fuerit (§. IX.), consequens est, ut nec actionem tanquam justam edere, aut tanquam injustam adversari possit, nisi eam intellectus distincte perceperit, atque cum lege vel saltem cum idea legis per ratiocinium comparaverit. Ratiocinatio illa, quam homo de justitia aut injustitia actionum suarum instituit, vocatur CONSCIENTIA *). Difficultates circa conscientiam ejusque obligationem varii Jcti eleganter eno-

enodarunt. ROB. SANDERSON *de conscientia ejusque obligatione. Cotben. 1674.* JOH. GOTTH. ROSA *de conscientia. Jenæ. 1712.* GEORG. SCHWARZ *de obligatione conscientiae. Fred. de Castro-Paolo de conscientia. Lugd. Batav. 1645.* MATTH. HOMEN *de conscientia. Paris. 1653.* FRID. JACOB. STRAVBIVS *de conscientia Athei. Jenæ. 1738.* HENK. CHRIST. TIELCKEN *de obligatione conscientiae ex delicto. Rostochii. 1688.* JOH. CYPRIANVS *utrum gentiles conscientiam malam, tranquillam reddere potuerint. Lipsiæ. 1697.*

*) Varias conscientiae species excogitarunt moralistæ. Ac primo quidem *bonam* vocant eam, a qua quis absolvitur: *malam* vero, a qua condemnatur. Dein *antecedentem*, quæ de actionibus nondum editis rationatur; quæ vero de actionibus jam editis, *consequentem* adpellant. Conscientia antecedens vel docet actionem ex lege faciendam, vel omittendam, vel esse permissum agere aut non agere, unde prior *instigans*, altera *revocans*, tertia *admonens* dicitur. Porro conscientia vel est *recta*, vel *erronea*, prout illa ratiocinatio de bonitate aut malitia actionis ex vera vel falsa lege, falsisque actionis circumstantiis est instituta. Est etiam conscientia vel *certa* vel *probabilis*, siquidem vel ex certa atque indubia lege, vel ex probabili aliorum sententia ratiocinatur. Si vero stante conscientia probabili anxius quis hæreat, ita ut in neutram partem se deter-

minare possit, *dubia*, quæ quum ex frivolis causis oriatur, *scrupulosa* adpellari solet. De variis hisce speciebus tractarunt varii Icti CHRIST. SAM. MARTINI *de conscientia dubia. Lipsiæ. 1685.* FRANC. BARDI *conclusiones morales de conscientia dubia & scrupulosa. Francofurti. 1653.* JOH. MART. LOCHMANNVS *de obligatione conscientia erronea. Lipsiæ. 1687.* WOLF. BALTH. ADOLPH. DE STEINWEHR *de obligatione conscientia errantis. Lipsiæ. 1732.* HASSLINGER *conscientia discreta. Salisburgi. 1723.*

§. XI.

Cum conscientia non est confundenda IMPUTATIO, quæ est *applicatio legis ad factum*, ceu est ratiocinatio, qua factum alienum omnesque circumstantiæ cum lege comparantur, atque huic actioni effectum a lege propositum sive bonum, sive malum inesse declaratur. Ex hoc ergo eruitur discrimen inter conscientiam & imputationem. Prior ratiocinatio instituitur de justitia vel injustitia, actionum propriarum; posterior vero de alienis eum in finem, ut constet, utrum actio legi conformis aut difformis fuerit. De imputatione eleganter disserit PETRVS MÜLLER *in dissertatione de imputatione morali. Jenæ. 1704.* JOH. JACOB. MÜLLER *de imputatione. Jenæ. 1707.* JOH. GOTTFRID. FORBIGER *de imputatione. Wittebergæ. 1701.*

COL.

COL. CHRIST. REMLING *de imputatione actionum moralium. Wittebergæ. 1681.* NICOL. HIER. GUNDLINGII *observatio von der Imputation und Zurechnung. JOH. LVZIVS de harmonia juris naturæ & criminalis in doctrina de imputatione criminum. Lipsiæ. 1734.*

*) Fundamentum imputationis actionum moralium est libera voluntas in agendo, ex quo fluit, non posse nobis imputari, quod non est in potestate nostra, quo spectant *impossibilia, naturalia, casualia & fortuita*. Neque etiam illud imputari potest, quod fit cessante vel deficiente usu rationis, neque, si actio ex ignorantia involuntaria, aut errore invincibili, aut inevitabili quadam necessitate, aut vi scilicet absoluta, & non respectiva, qualis est metus, proficiscatur. Regula itaque universalis est, quod omnis actio sive bona, sive mala sit, imputetur auctori: prior in præmium; posterior in pœnam, prout actio vel Legi conveniat, vel eidem repugnet. Auctor autem actionis malæ præcipue is dicitur, qui posuit actionem, quam omittere debuit, vel qui omisit actionem, quam ponere debuit. Hac de re legi meretur HENR. LVDW. WERNHER *de fundamento imputationis actionum moralium. Lipsiæ. 1703.* JOH. DOMBRICHII *programma, consensus in imputatione facti alieni verum imputationis fundamentum esse. Helmstadii. 1748.* ANDR. BOEHMII *specimen primum mathematico-philosophicum de quantitate motuorum & imputationis determinanda. Marburgi. 1741.* JOH.

FRID. KREBSIVS *de imputatione actionum alienarum secundum naturam & principia ex juris naturalis fontibus deducta. Jenæ. 1675.* JOH. ERNEST. SCHVBERT *de imputatione facti alieni universam Theologiam illustrante. Helmstadii. 1748.* SAM. STRYCKIVS *de imputatione facti alieni. Francofurti. 1688.* JVST. HENNING. BORHMER *de imputatione culpæ propriæ. Jenæ. 1695.* CHRIST. AND. REMER *de imputatione actionum moralium ex melancholia proventientium. Ultrajecti. 1710.* EPHR. GERHARD *de imputatione damni per ignorantiam commissi. Jenæ. 1714.* CHRIST. LOEBER *de imputatione actionum ex ebrietate fluentium. Jenæ. 1714.*

§. XII.

Qui ergo alteri actionem imputare desiderat, debet habere perfectam notitiam legis, factumque cum omnibus circumstantiis accurate considerare, quoniam sæpius & minima circumstantia totam rem mutare potest. Ut autem lex rite intelligatur, debemus eam interpretari, mentemque legislatoris in jure naturæ ex propositione aliqua fundamentali tanquam fonte universali, ex quo omnia reliqua principia fluunt, eruere. Unde sine fundamento doctrina interpretationis in jure naturæ ab aliquibus rejicitur, cujus tamen summa utilitas ratione adplicationis legum naturalium ad facta existit: nam licet jus naturæ tanquam jus clarum de
fe

se nulla indigeat interpretatione, id tamen de ad-
 plicatione juris naturæ ad diversos; imo difficilli-
 mos casus obvenientes asseri nequit, cujus rei plu-
 rima extiterunt exempla. De interpretatione ejus-
 que regulis scripsit JOH. PAVL. SCHROETER *de ve-
 ra interpretatione legum. Wittebergæ. 1713.* JOH.
 ZACH. HARTMANN *de recta & genuina legum inter-
 pretatione. Kiloni. 1730.* JOH. VON FELDE
de scientia interpretandi. Helmstadii. 1689. JOH.
 LAVR. HOLDERIEDER *de principiis interpretationis
 legum adæquatis. Lipsiæ. 1736.* JOH. PAFVR. MAS-
 SONII *Philocalia sive de recta juris interpretandi
 ratione. Paris. 1605.* JOH. CORN. EWERWEIN *de
 arte interpretandi leges. Erfordiæ. 1717.* GOTTFR.
 LANGIVS *de eo, quod observandum est circa inter-
 pretationem legum. Erford. 1702.* ANDR. WEIS-
 SIVS *de usu æquitatis in interpretatione legum. Ba-
 filiæ. 1737.*

§. XIII.

Quodsi vero quis leges naturales, dum eas
 ad casus obvenientes adplicat, interpretari cogi-
 tat, necesse habet, ut prius in primum juris natu-
 ræ principium, in quo ratio sufficiens reliquorum
 principiorum continetur, inquiret (§. XII.). Ne-
 garunt

garunt quidem nonnulli, dari primum principium, nihilque veritati juris naturæ decedere asseruerunt etiamsi nullum tale principium, quod vulgo doctores jactant, existeret. Verum ipsa juris naturalis prudentia necessitatem primi principii exigit. Ea enim ratiocinii nostri est natura, ut, nisi universales propositiones præcesserint, recta ratio particulares conclusiones deducere non possit. Hæ vero generales veritates, quum non tendant ad repugnantia; ac proinde vel reciprocari, vel vero eodem ordine, aut gradatim, aut simul debeant progredi, facile est ad existimandum, illas semper coagmentari, & tandem in aliquo communi scopo quiescere, sine quo plures difficiles quæstiones haud enodari, nec perfectum veritatum moralium inter se connexarum systema perfici potest. Ex quo itaque adparet, dari primum juris naturæ principium, falsamque esse opinionem JOAN. ERNEST. PHILIPPI *circa principium juris naturæ, seu primum falsum suppositum communiter hætenus receptum, quasi totum jus naturæ ex una quadam propositione generali omnes reliquas leges naturales sub se comprehendente sit deductum. Halæ. 1731.* JOACH. HENRIC. SIBRAND *problema, an detur principium juris naturæ verum, primum, adæquatum, &*
evi-

evidens? Rostochii 1703. IMMAN. PROELEVVS de origine diversorum juris naturalis principiorum, quatenus nec unica, nec adæquate vera sunt. Lipsiæ. 1703. ANDR. SCHOTTI axiomata, quibus ratio & principium juris naturæ unum, adæquatum, evidens, & indemonstrabile sistitur. Lipsiæ. 1731.

*) Principium in genere est, quod continet rationem alterius. Illud est vel *essendi*, quod consistit in voluntate divina; vel *cognoscendi*, quod continetur in propositione aliqua universali, ex qua recta ratio divinam voluntatem naturaliter obligatoriam, adeoque omnes ac singulas leges eruere, simulque a p̄sitis discernere potest. Hoc principium, ut nomen veri principii mereatur, debet esse juxta unanimem Naturalistarum consensum primo VERVM, dein EVIDENS, ac tandem ADAEQVATVM. Si enim non esset *verum*, sed falsum, conclusiones quoque essent falsæ. Si non *evidens*, nec ab omnibus perciperetur, qui tamen æqualiter, sivesint docti, sive indocti, ad obsequium juri naturali præstandum obstringuntur. Si non *adæquatum*, nec officia omnia erga Deum, semetipsum, & alios deduci possent. Reliqua principii requisita (ut sit *domesticum, primum, & universale*) sub hoc generali requisito puta *adæquatum* comprehenduntur. De principio juris naturæ, ejusque requisitis egit HENRIC COCCEJVS *de principio juris naturæ unico, vero & adæquato. Francofurti. 1699. JOH. MICH. DAHM de unico vero & adæquato juris naturæ principio. Moguntia. 1749. JOH.*

D WILH.

WILH. a LITH *de principio primo legis naturæ*. 1699.
 DERNMEYER *de principio primo juris naturæ*. Halæ. 1707.
 DAN. FRID. HOHEISEL *de principiis juris naturæ*. AL.
 ARN. PACHENSTEGERI *oratio de jure naturali, ejusque
 principio, finibus secundis, utilitate & necessitate. Extat
 in ejusd. Syllog. dissert. Bremæ. 1713.* ARN. ANT. TVL-
 LICKEN *de fonte juris naturalis. Amstelodami. 1690.* BERNH.
 HENR. REINHOLDI *oratio de vero juris naturæ principio.
 Bremæ. 1709. & 1723.* JOAN. SCHEFFER *de jure naturæ,
 ejusque fundamento. Holmiæ. 1676.*

§. XIV.

Maximus sane Doctorum dissensus circa stabili-
 endum primum juris naturæ principium cognoscendi
 *) extat. Nos cum cel. MARTINI **) professore
 Vindobonensi, aliisque ab eo allatis pro primo juris
 naturæ principio statuimus *fines rerum a Deo condita-
 rum, quatenus ex ipsa earum essentia atque natura solo
 rectæ rationis lumine intelligi, nostrisque actionibus
 liberis adplicari possunt.* In hoc uberrimo totius
 scientiæ naturalis fonte reperiuntur omnia requisita
 primi principii. Est enim *verum*, quoniam fines divi-
 ni creatoris sola rerum natura cognitos nemo ne-
 gare, aut repugnantiae (§. XIII.) arguere potest.
 Est etiam *evidens*, quoniam omnibus in universum ho-
 minibus, licet alias rudissimis, modo recta ratio-
 ne

ne præditi sint, innotescit, actiones suas liberas hi-
 sce finibus adcommodandas esse, qui in naturali
 Dei cultu, & in sui, aliorumque perfectione seu
 felicitate consistunt. Est denique *adæquatum*, si-
 quidem omnia naturalia officia tam erga Deum,
 quam seipsum, & alios exinde tanquam exlympi-
 dissimo fonte derivari queunt. Quare tuto con-
 cludimus, fundamentalem universi juris naturæ pro-
 positionem esse talem: *quidquid finibus rerum a
 Deo creatarum sola ratione cognitis convenit, illud
 est faciendum: quidquid autem ab iis recedit, est
 omittendum.* Hoc cognoscendi principium non
 modo commendavit HEMMINGIVS, TITIVS, WAH-
 LIVS, HOLLMANNVS, aliique, sed & quidam Jcti
 id peculiaribus dissertationibus illustrarunt. Huc
 spectat JOAN. ANDR. KNOBLACH *de principio juris
 naturæ. Wittebergæ. 1709.* PRITIVS *de principio
 juris naturæ.* VELTHVYSIVS *de principio justi. in
 dissert. Tom. II. pag. 962.*

- *) Præcipua causa tot dissensionum, quæ inter plerosque
 Doctores circa primum juris naturæ principium ortæ
 sunt, consistit in eo, quod principium possibilitatis,
 existentiae, & cognitionis non accurate a se invicem
 separaverint; quod principia particularia cum univer-
 salibus commiscuerint &c. Ex quo factum, ut aliqui

socialitatem, alii utilitatem, alii amorem, alii Dei perfectiones, alii cognitionem sui, alii conservationem sui, alii ipsam naturam humanam, tanquam primum juris naturæ principium excogitarunt. Quid vero de hisce doctrinis a Doctoribus & Naturalistis traditis sentiendum sit, cujusvis judicio relinquimus, sed impræsentiarum nominasse eos sufficiat, qui hæc principia specialibus dissertationibus adornarunt. *Primum* statuit JOAN. NICOL. HERTIVS *de socialitate primo naturalis juris principio*. Gießæ. 1695. Contrarium vero defendit CHRIST. MICH. FISCHBACK *de socialitate baud genuino juris naturæ fundamento*. Wittebergæ. 1703. *Secundum* CARL. OFF. RECHENBERG *principium cognoscendi justitæ æqui, verum, evidens, adæquatum ex utilitate*. Lipsiæ. 1746. *Tertium* JOH. GVIL. JANI *dissert. judicia eruditorum de principio juris naturalis cum vera sententia comparata*. Wittebergæ. 1711. CHRIST. WOLFII *observatio de principio juris naturalis juxta doctrinam Christi. Matth. V.* Extat in horis subcissivis. Marburgi. 1730. JOH. ARNDII *principium principiorum, quibus leges naturales solent demonstrari*. Rostochii. 1712. *Quartum* GVSTAV. BERNHARD BECKMANNS, und OTTO DAVID HEINRICH BECKMANNS *Gedanken von den wahren Quellen des Rechts der Natur*. Göttingen. 1754. *Quintum* JOH. GOTTH. ROSA *de cognitione sui, juris naturæ principio*. Jenæ. 1718. *Sextum* STEPH. SIG. WLOEMEN *de conservatione sui tanquam primo principio juris*. Gießæ. 1742. AND. JVL. DORNMEYER *de principio primo juris naturæ*. Halæ. 1707. *Septimum* JOAN. SCHEFFER *de jure naturæ, ejusque fundamento*. Holmiæ. 1676.

**) To-

***) Totam materiam de principiis juris naturæ solide ac nerveose deduxit Perill. MARTINI prof. Vind. cujus doctrinam fufius adumbravimus in *Introductione in hiftoriam literariam jurisprudentiæ naturalis*; quæ ultimam adhuc expectat limam. Cæterum addimus fcriptores, qui diverforum Jctorum fententias circa prima principia juris naturæ collegerunt, eaque orbi erudito exhibuerunt. JOH. GVIL. JANVS, de quo fupra. JACOB. FRID. LVDOVICI *dubia circa bypothefin de principiis ejusdemque vindicias. Halæ 1703.* IMMAN. PROELEVVS, de quo (§. XIII.) FRID. ALEXAND. KÜNHOLDI *oratio de logomachiis circa principium juris naturæ. Lipsiæ. 1722.* GEORG. WILH. WAGNERI *Epiftola de doctorum circa primum juris naturæ principium tollendo diffenfu. Gieffæ. 1746.* FAB. TOERNER *de vario variorum juris naturalis fundamento. Ufalii. 1727.*

§. XV.

Quum inter notas characterifticas primi juris naturæ principii etiam referatur, ut illud fit adæquatum; fcilicet ut omnia naturalia officia cum erga *Deum*, tum erga *nos & alios* in eo contineantur (§. XIII. *), neceffarium ducimus, ipfam officii notionem explicare. OFFICIUM nobis eft *actio legi conformis*, feu *actio ex obligatione legi conformanda*. Quumque obligatio alia fit perfecta, alia imperfecta (§. VI. *), officia alia PERFECTA, alia

IMPERFECTA *) esse oportet. Ad priora quis cogi potest, posteriora vero, quoniam ex obligatione imperfecta, ceu ex virtute proficiscantur, nullam recipiunt coactionem. Perfecta rursus dispescuntur in ABSOLUTA, & HYPOTHETICA, prout vel obligationem producent ex sua natura nullo posito jure, quod per factum aliquod acquiritur: vel posito demum aliquo jure per factum, aut institutum humanum adquisito exiguntur. Absoluta officia vel respiciunt DEVM, vel NOSMETIPSOS, vel ALIOS. De singulis separatim agemus, officia in genere pertractarunt JOH. PHIL. SLEVOGTIVS *de officiis. Jenæ. 1690.* FRID. CHRIST. BVCHER *de officio hominis morali. Gedani. 1681.* Item *Concurfus Dei ad officia moralia. ibid. eod.* ROB. SCHARROCKIVS *de officiis secundum jus naturæ. Gotb. 1667.* RODERICVS *de officiis hominum circa jus naturæ. Lugduni Scanorum. 1685.* JOH. BALTH. WERNHER *de principiis officiorum humanorum internis. Lips. 1699.* MAVRVS CORDATVS *de Sarlati Wallachiæ Princeps de officiis: græce & latine. Lipsiæ. 1722.* *Germanice Onolzburg. 1740.*

*) Officia imperfecta non minus ex principio supra (§. XIV.) allato commode deduci possunt, siquidem Deus creando homines voluit, ut illi feliciter existent;

rent; ac proinde necessario divina voluntas fuit, ut eorum commoda omni, quo possunus modo, promoveamus. Hic vero finis non adsequeretur, nisi aliis officia imperfecta, seu humanitatis præstemus, unde ad ea ex fine divinæ voluntatis obstricti sumus. Officia illa imperfecta alia sunt *indefinita*, quæ promiscue omnibus sine respectu ad certam personam præstantur: alia *definita*, quæ certis tantum personis earumque intuitu præstantur. Illa iterum vel præstantur sine aliquo detrimento, vel cum detrimento. Priora vocantur *innoxia* utilitatis; posteriora vero *noxia* utilitatis. Priora iterum vel sunt *affirmativa*, quæ consistunt in faciendo, vel *negativa*, quæ in patiando. Ad hæc præstanda quivis cogi potest, quoniam is, qui officia imperfecta innoxia utilitatis negativa denegat, hostilem animum induit, hostem vero licet cogere, ut deponat hostilem animum, quem tamen prius deposuisse non censetur, nisi præstiterit, ejusmodi officia. Unde etiam Doctores solent inculcare axioma: quod tibi non nocet, & alteri prodest, ad hoc quis compelli potest. De officiis imperfectis differuit HENR. LVD. WERNHER *de officiis, quæ imperfecte debentur. Lipsiæ. 1703.* EVSTACH. KOETEN *jus innoxia utilitatis. Wittebergæ. 1680.* AHASV. FRITSCH *de jure hospitalitatis. HENR. ERNEST. KESTNER de officio humanitatis obligatorio. Rintelii. 1713.* JOH. CENBERG *de babitudine officiorum humanitatis Upsaliæ. 1704.* JOH. FLACHSENIUS *de radio æternitatis seu bonestate e suo fonte scilicet jure natura emanante. Aboæ. 1691.* JOH. JOACH. ZENTGRAVIUS *de convenientia bonesti cum natura humana. Argent. 1686.*

SECTIO

DELINEATIO
SECTIO II.
 DE
JVRE NATVRÆ IN SPECIE,
 SEV DE
OFFICIIS ERGA DEVM.

§. XVI.



Quum Deus nos creaverit (§. 1.), ac proinde ab eo essentialiter dependeamus, nemo sane dubitabit, quin prima officia Deo, tanquam nostro creatori sapientissimo præstanda, atque reliqua omnia officia tam erga nos, quam erga alios hisce subordinata sint. Fundamentum itaque officiorum omnium, quæ Deo debemus, est, quod ab eo conditi simus, quod is fit supremus noster dominus, quod omnia bona animi, corporis, fortunæ ei accepta referre debeamus, quod ab eo tantum veram beatitudinem sperare possimus. Officia erga Deum in genere explanarunt AND. AD. HOCHSTETTER *de officio hominis erga Deum. Tübingæ. 1702.* JOH. CHRISTOPH. RVSTEVSCHER *de obligatione*

tione hominis erga Deum. Gedani. 1688. AVG. STÆGMANN *de officio hominis erga Deum. Gryph. DAN. RINGMACHER de officio hominis erga Deum, in quantum ex lumine naturæ constat. Lipsiæ. 1687.* MARCELLVS FORTVNATVS *de divinis officiis.* GOLDHARDI BORGESII *enodatio juris naturæ, seu de officiis voftris erga Deum. 1697.*

§. XVII.

Prima hominis officia erga Deum versantur circa ejus cognitionem, in quam homo omnibus viribus inquirere debet; nimirum, ut intelligat, Deum existere, eumque rerum omnium auctorem ac conditorem esse, omnia sua providentia regere & conservare, nec non eundem esse ens simplicissimum, æternum, independens, incomprehensibile, omnipræsens, unum, omniscium, sapientissimum, præscium, omnipotens, verax, justum ac optimum. Ex his divinis attributis, & perfectionibus, præcipue iis, quæ magnam habent relationem cum creaturis rationalibus, varia consecutaria practica ad vitæ honestatem & sanctitatem pertinentia consequuntur, ut ita scilicet homo secundum relationes, quas natura nostra cum Deo habet, vivere possit. Sic ex *omniscientia* deducitur

E

justus

justus timor & cautio, ne occulte quidem peccandi. Ex *immutabilitate* Dei nascitur in nobis certissima promissorum spes, si ejus legi conformem vitam duxerimus. Ex *incomprehensibilitate* efficitur in nobis timor & reverentia, dum de ejus natura, consiliis, operibus disserimus, ut ne ultra fines suos vim nostræ rationis promoveamus. Ex *veracitate* divina cognoscimus, omne mendacium esse prohibitum &c. Spectat huc GEORG. HENR. RIBOVIVS *de omnipræsentia Dei, indeque fluentibus officiis moralibus*. Gættingæ. 1741. FRANC. VLR. RIES *de immutabilitate Dei*. Marpurgi. 1727. IOH. BARTH. RVDIGERVS *de natura Dei perfectissime simplici*. Giessæ. 1706. OTT. MENKENIVS *de absoluta Dei simplicitate*. Lipsiæ. 1665. IOH. CHRIST. HVNDESHAGEN *de summa Dei simplicitate*. Jenæ. 1669. *Item de potentia Dei*. *ibid.* 1666. CHRIST. HAGMEJER *de unitate Dei ex lumine naturæ contra gentiles Valentinianos, Marcionitas, Manichæos, Gnosticos, Cerdonianos, Tritheistas, & Arianos*. Tubingæ. 1720. CHRIST. KORTHOLT *de modo, quo divina essentia ab homine cognosci potest*. Kiloni. 1675. JOH. AD. SCHERZERVS *de potentia Dei absoluta*. Lipsiæ. 1664. GABR. GRODDECK *de spiritualitate Dei ex lumine naturæ asserta*. Gedani. 1708.

*) Ad

*) Ad cognitionem Dei, ejusque existentiam demonstrandam duplex nos ducit via, *naturæ* scilicet & *revelationis*. Duplicem hanc viam adgressi sunt varii Icti, qui operam dederunt præcipue scrutandæ rerum naturæ, ejus scilicet investigantes pulchritudinem, magnitudinem, ordinem, rerum singularum fines & usus, ex quibus Dei existentia, sapientia, potentia, præscientia &c. intelliguntur. Verum horret animus, si in memoriam revocemus, in hoc ipso orbe christiano, atque in hac nostrorum temporum luce clarissima, propter dubitantium, imo negantium turbam hæud exiguam, in eo demonstrando oportere viros alios eruditos suam collocare operam, quod extra omne dubium ipsa naturalis ratio, & scriptura sacra ponunt. Qui autem existentiam Dei demonstrandam in se susceperunt, inter alios præcipue sunt sequentes: MICH. BOHN *de existentia Dei ex lumine naturæ cognoscibili*. Lipsiæ. 1671. GERH. HENR. BREDENHÖLL *de existentia Dei ex lumine naturæ cognoscenda*. Helmstadii. 1681. CHR. DONATI *an & quomodo existentia Dei ex lumine naturæ invictè probari possit?* Wittebergæ. 1674. JACOB. WILH. FEVORLIN *an existentia Dei sit veritas indemonstrabilis?* Altdorfii. 1717. JOH. ADOLPH. HARTMANNI *dissert. qua existentia Dei a priori demonstratur*. Marpurgi. 1733. JOH. CONRAD. KLEMMII *existentia a se cognoscibilis naturaliter*. Tubingæ. 1700. HENR. A LITH *de existentia Dei a posteriori ex effectibus demonstrata*. Feniæ. 1675. JOH. PAUL. HEBENSTREIT *de naturali existentia Dei notitia*. Feniæ. 1685. AVG. MICH. RVCHER *demonstratio existentia Dei metodo mathematica*. Feniæ. 1717. JOH. BARTHOLD.

NIEMEJER *de existentia Dei ex lumine natura cognoscenda. Helmstadii. 1681.* MEINH. PLESKEN *de quibusdam pro existentia Dei argumentis frustra sollicitatis. Stad. 1725.* BERNH. VON SANDEN *de cognitione Dei naturali. Regiom. 1700.* JOH. CASP. TOR. SPECKEN *utrum de argumentis pro existentia Dei dubitare liceat. Wittebergæ. 1729.* FRANCIS. SAL. DE FEHELON *demonstration de l'existence de Dieu. Prodeunt etiam germanice sub titulo: Augenscheinlicher Beweis, das ein Gott sey. Hamburg. 1714.* CHR. WEIDLING *de veritate διογωσία naturalis. Lipsia. 1685.* HENR. WEIDEMEJER *γινώσκῶν τὸ Θεῶν. Lipsia. 1670.* CHRIST. TRENTSCHIVS *de inscripta libro natura Dei existentia. 1664.* PAVL. SCHVITTE *de notitia Dei naturali. Fena. 1667.* AVGVST. GODOFR. KROMAYER *Numen dari sapientissimum, rerum humanarum providum, ex affectibus hominum probatur. Fena. 1725.*

§. XVIII.

Cognita Dei existentia ejusque perfectionibus cognoscitur quoque ab omnibus hominibus alterum erga Deum officium, quod in cultu præstando consistere nemo non animadvertet. Quum enim Deus tanquam ens perfectissimum (§. XVII.) nos creaverit, ideoque ab eo omnes creaturæ essentialiter dependeant (§. XVI.), ipsa sane ratio dictat, Deum omnibus animi viribus colendum, ei que perfectissimum obsequium præstandum esse.

Cultus

Cultus ille & obsequium vocatur RELIGIO, ad quam omnes mortales eatenus, quatenus ex recta ratione cognosci potest, obstricti sunt. Quumque hæc religio per solam rectam rationem nobis innotescit, merito NATVRALIS adpellatur, cui opponitur REVELATA, quam ex S. Scriptura & traditione haurimus. Inter utramque religionem, arctissimam intercedere harmoniam supra (§. I. *) demonstratum dedimus. De religione naturali sequentes extant scriptores: JOH. LVD. BOYE *de religione naturali. Durl. 1729.* PAVL. JAC. SCHARMOVIVS *de religione naturali. Wittebergæ. 1686.* FRANC VLR. RIES *de religione naturali ejusque attributis. Marpurgi. 1728.* JOH. BALTH. WERNHER *de religione hominis secundum legem naturæ. Lipsiæ. 1698.* GOTTL. SAM. TREVER *de obligatione hominis ad religionem. Gættingæ. 1737.* JOH. HENR. à SEELEN *de obligatione phylosophi ad religionem. Lipsiæ. 1730.* IMM. PROELEI *dissert. de religione hominis & boni civis naturali, Benedicto Spinozæ & Thomæ Hobbefio opposita. Lipsiæ. 1703.* CHRIST. GOTTL. PITSCHMANNVS *de eo, quod homini de religione constat ex lumine naturæ. Lipsiæ. 1703.* SAM. PARKER *de syncretismo religionum ex jure naturæ. 1722.* *Traité de la religion naturelle.*

par M^r. MARTIN. *Amstelodami. 1713.* BROKESBY
's Government of the church. Londini. 1712. JOH.
 FRANC. BVDDEVS *de pietate philosophica seu reli-*
gione naturali. Halæ. 1695. MART. HERBSTII
fundamenta religionis naturalis theoretica. Jenæ.
1680. AND. AD. HOCHSTETTERVS *de religione na-*
turali Tubingæ. 1701. JOH. KEFTELII *usus religio-*
nis naturalis in societate humana. Upsaliæ. 1699.
 JOH. CHRIST. KIRCHMEYERI *brevis religionis na-*
turalis summa. Herbonæ. 1701.

§. XIX.

Ex quo facile quis intelligere potest, quid nobis sit CVLTVS Deo debitus. Is enim nihil aliud est, quam *complexus omnium officiorum, quæ homo ex amore, timore & fiducia Deo præstanda esse ductu rectæ rationis agnoscit.* Qui ergo Deum amat, timet, in eumque fiduciam collocat, omnia adimplet officia. Ex *amore* Dei sequitur, ut de Deo semper honorifice & cum reverentia loquamur, ei hymnos canamus, & alios sermonibus nostris ad eundem amorem accendamus. Ex *timore* intelligimus, actiones nostras ejus præceptis per ipsam rectam rationem manifestatis esse attemperandas.

das. Timor autem est duplex, *filialis & servilis*. Filialis cum amore conjunctus est, & ex amore nascitur; servilis vero ab amore sejunctus, & oritur a pœna. Filiali timore Deus timetur, quia amatur: Servili vero, quia eum formidamus, ut dominum potentissimum, qui nos severissime punire potest. Utroque amore timetur Deus utiliter, sed priori sanctius; qui enim eum posteriori modo timet, pœnam magis timet, quam culpam. Ex *fiducia* adparet, non licere dubitare de ejus promissis, veracitate, aut fidelitate, sed certissimum potius haberi id, quod semel Deus docuit, aut promisit, etiamsi illud recta ratio haud adsequitur. Hanc materiam solide excussit CONRADVS HVLSINVS *de cultu Dei natura cognoscibili*. Lipsiæ. 1682. CHRIST. ROEHRENSÉE *de obligatione hominis ad cultum Numinis*, Witteberg. 1695. JOH. HENR. SOMMER *de obligatione hominis colendi Deum cultu ab ipso præscripto*. Lipsiæ. 1701. CHRIST. REVTER *de cultu Dei*. Witteberg. 1702. JOH. FRID. HARTENSTEIN *de cultu divino naturali*. *ibid.* 1704. CHRIST. ROEHRENSÉE *Elementa moralia ad cultum Numinis, quatenus naturæ patet, illustrantia*. *ibid.* 1699. GEORG. BERNH. BVELFINGER *de cultu Dei rationali*. Tubing. 1731. MART.

MART. OTT. HENRICI *Cultus divini necessitas ratione naturæ demonstrata.* 1685. JOH. RVDOLPH. HARTMANNI *diss. qua Dei T. O. M. colendi obligatio & fluens ex hac ipsa obligatione revelationis divinæ necessitas ex ipsa ratione evincitur.* Marburgi. 1737.

§. XX.

Cultus Deo debitus dispescitur vel in EXTERNVM, qui in actionibus externis ex amore, timore, ac fiducia erga Deum profectis consistit; uti sunt complicatio manuum, genuflexio, aliæque ceremoniæ ritus & gestus: vel in INTERNVM per quem intelligimus amorem, timorem, & fiduciam, quibus Deum pura mente prosequimur. Prior dependet a corpore, posterior vero ab anima. Quod ad animam attinet, ea Deum aliter colere non potest, quam ut de Deo rectas habeat sententias, eumque & existere, & omnes res creasse, earumque curam gerere agnoscat (§. XVII.), deinde debemus gloriam Dei, quantum in nobis est, provehere; id quod facimus, si alios Dei existentiæ ejusque perfectionum ignaros instruamus, errantes in rectam reducamus viam, impios

impios ac sceleratos solidis demonstrationibus & cohortationibus ad vitam meliorem majoremque supremi Numinis reverentiam atque timorem excitemus. Porro omnem fiduciam in Deo collocare, in ejusque providentia unice adquiescere, illamque adorare, ipsa recta ratio luculentissimo nobis est testimonio. De omnibus hisce obligationibus erga Deum specialia reperiuntur scripta: MAGN. DAN. OMEISIVS *de fiducia in Deum collocanda. Altorfii. 1703. Item de obedientia Deo præstanda. ibid. 1704.* JOH. PHILIPP. PALTHENIVS *de obedientia passiva. Gryphisw. 1709.* JOH. GOTTFRIED. FRIDERICI *de pietate naturali erga Deum. disput. II. Jenæ. 1685.* EBERHARD. SCHWELINGER *de pietatis officio. Bremæ. 1704.* CHRIST. THOMASIVS *de vera pietate juridica. Halæ. 1701.* JOH. ANDR. KNOBLACH *de pietate philosophica. Wittebergæ. 1711.* CHR. AND. BRUNNEMANN *de pietate naturali nunquam molesta. Gryphisw. 1738.* MAG. DAN. OMEISIVS *de precatione seu invocatione Numinis divini. Altdorff. 1704.* JOH. CHRIST. CLAVSIUS *de precibus ex natura cognitis. Lips. 1712.* GOTTL. STOLLE *de necessitate & efficacia precum. Jenæ. 1713.* JOH. AND. KOENIGSMANN *de regno Dei morali in homines. Kiloni. 1710.* FRID. CHRIST. BYCHEN

F regnum

*regnum Dei per naturam. Gedani. 1686. CHRISTI
ALBERTI de ortu dominii divini in homines adversus
Hobbesium. Lipsiæ. 1696.*

§. XXI.

Quum ad cultum Deo præstandum obstricti
simus jure naturæ (§. XVIII.), isque vel internus
vel externus sit (§. XX.), consequens est, ut tam
externus, quam internus jure naturæ præceptus
sit. Colere enim Deum ideo tenemur, quoniam
ab eo essentialiter dependemus (§. XVI.); corpus
autem non minus a Deo dependet, ac anima; pro-
indeque si anima Deum colere debeat, ob eandem
quoque rationem & corpus Deum colat, necesse
est: corpus vero Deum alio modo quam actioni-
bus externis colere nequit, unde tuto concludi-
mus, cultum Dei externum æque ac internum jure
naturæ esse præceptum. Non tamen defuerunt
quidam, qui necessitatem cultus istius externi ex
ratione posse demonstrari, negaverint; partim
quod Deus cultu externo non indigeat, partim
quod societas humana ejusque tranquillitas omisso
cultu externo nequaquam lædatur. Verum nec
primum argumentum subsistit, quoniam Deum ne-
que

que cultu interno indiget, quem tamen necessarium esse, nemo negaverit. Nec alterum argumentum rem omnem absolvit, quoniam illud falso nititur principio, quasi omne & solum id, quod ex socialitate fluit, juris naturæ sit. Accedit quod ad promovendam Divinam gloriam obligati simus (§. XX.), quod sane alio modo fieri nequit, quam actionibus externis. Hanc æternam veritatem argumentis ex ipsa natura humana petitis orbi literario exposuerunt viri eruditi, in quorum numerum venit GEORG. BALTH. HEDENIVS *de necessitate cultus divini externi, quatenus ex natura constat, in genere & ejusdem in specie. Wittebergæ. 1717.* NICOL. KOEPPEN *de cultu Dei externo, utrum sit juris naturæ & ex lumine naturæ demonstrari possit? Gryph. 1700.* GOTTFR. POL. MULLERVS *de cultu Dei externo. Lipsiæ 1713.* JOH. GEORG. SCHVLZE *de cultu Dei externo. Lipsiæ. 1701.* FRID. AND. WALTHER *de cultu Dei orali. Gættingæ. 1748.*



S E C T I O I I I .

D E

O F F I C I I S E R G A S E M E T I P S V M .

§. XXII.



P rogredimur ad officia NOBIS debita, quæ, quum Deus nos creaverit; adeoque sapientissima ejus voluntas fuerit, ut existamus, in conservatione, nostraque perfectione consistere, quivis recta ratione præditus haud difficulter agnoscet. Quare ad nos perficiendos conservandosque jure naturæ obstricti sumus; dummodo id sine violatione supremi Numinis fieri possit. Primum itaque officium erga nosmet ipsos est PERFECTIO mentis, cujus duæ sunt facultates, *intellectus & voluntas*. De utriusque perfectionibus adsequendis & amplificandis *) solliciti esse debemus, si nostræ obligationi a natura ipsa impositæ satisfacere velimus. Officia erga nosmet ipsos in genere explanarunt TOB. MULLERVS *de officio hominis, quod sibi debet. Lipsiæ. 1699.* JOH. GEORG. ROESER *de officio*

officio hominis erga se ipsum. Sedini. 1703. JOH. GARTMANNVS de obligatione hominis naturali adversus se ipsum. Upsal. 1679. SAM. STRYCK de jure hominis in se ipsum. Francofurti ad Viad. 1675. JOH. KAHLERI dictamen rectæ rationis indeque deductum jus hominis in se ipsum. Rintelii. 1676. HENR. CONRAD. KOENIGII scbediasma de hominum inter feras educatorum statu naturali solitario. Hannover. 1731. CHRIST. GEORG. SCHÜSLER de officiis hominis erga se ipsum. Halæ. 1720.

*) Hoc vero ut adimpleamus, debemus & intellectum, & voluntatem excolere. Ad utramque facultatem perficiendam obligat nos lex naturæ. Deus enim non tantum voluit, ut existamus, sed ut & feliciter existamus; ac proinde voluit, ut omnia ea, quæ ad veram felicitatem consequendam necessaria sunt, faciamus. Ad felicitatem vero consequendam præprimis necessaria est emendatio & perfectio intellectus ac voluntatis, quoniam experientia abunde nos docet, miserimum eum esse, qui aut stultus, aut sceleratus est. Emendatur autem intellectus, quum ab eo causæ ignorantia, & errorum removeantur; voluntas, quum ab habitibus malis purgatur. Perficitur vero intellectus scientiis, voluntas habitibus virtutum; unde lex naturæ præcipit, ut & causas ignorantia & errorum ab animo depellamus, atque intellectum veris, & ad vitam moralem necessariis scientiis instruamus, & ut vo-

luntatem ab omnibus malis consuetudinibus revocemus, ac consuetudinibus bonis exornemus. Atque in his consistit tota animi cultura, quæ vel *generalis* est, ad quam omnes tenentur, vel *specialis*, ad quam quilibet proportionem conditionis ac status sui obligatur. Spectat huc M. LEOPOLD *de animi cultura. Wittebergæ.* JOH. BVD-DEYS *de cultura ingenii. Hala.* 1699. & 1704. ARNOLD. WESENFELD *de injuria hominis in se quoad animam & dignitatem. Erancf.* 1691.

§. XXIII.

Alterum officium erga nos ipsos est nostra **CONSERVATIO**, quam jure naturæ præceptam esse, ipsa recta ratio dicitur (§. XXII). Quum ergo Deus voluerit finem, etiam media, quæ ad finem consequendum necessaria sunt, voluisse, per se patet. Quare omnia media, quibus vita conservatur, adhibenda, & illa vero, quæ in destructionem vitæ tendunt, omittenda sunt; proindeque corpori nostro debemus nutritionem, abstinendum est a luxu, quo nos ante tempus destruimus, res infalubres vitandæ, omnesque cavendi affectus vehementiores, qui facillime unionem mentis & animæ divellere queunt. De obligatione naturali se conservandi differuit JACOB. GERINGIUS *de obligatione hominis naturali conservandi propriam sanitatem.*

*tem. Lipsiæ. 1717. JOH. GEORG. ROESERI disserti
quod homo ad se conservandum obligetur. Witteb.
1685. BENED. GOTTL. CLAVSWIZ de officio cir-
ca sensus externos respectu conservationis corporis.
Lipsiæ. 1717. STEPH. SIGISM. WLOEMEN de con-
servatione sui tanquam primo principio juris. Gies-
sæ. 1742. CHRIST. MART. KOLER de vitæ custodia.
Fenæ. 1685. JOH. DAVID. SCHWERTNER quæst.
num vitam laboribus immodicis ceteroquin etiam bo-
nestissimis abbreviare liceat? Lipsiæ. 1684.*

§. XXIV.

Quum ergo ad conservationem nostram Jure naturæ obstricti simus (§. XXIII.), inde colligere licet, contra officium agere, qui sibi ipsi violentas manus inferunt. Et licet quidam philosophorum *αυτοχειρία* seu proppricidium esse factum laude dignum existimarint, tamen eos insaniisse jure merito adstruimus; id quod plures viri selectissimi magno argumentorum adparatu demonstrarunt, in quorum numero reperiuntur AD. ERDM. MERVUS de *αυτοχειρία. Viteb. 1682.* CHRIST. ROERENSEE *αυτοχειρία Subtili. Viteb. 1702.* REINHARD. STÜRMER. *dissert. II. de Cæde propria. Regiom. 1702.*

DÆ.

DÆGNER *de Autochiria. Lips. 1775.* KVLÉWEIN
de Autochiria. Lips. CHRIST. AUGUST. HEVMANN
de αυτοχειρία. Jenæ. 1703. SAMUEL. RACHELIUS *de*
morte voluntaria. Helm. 1669. HENR. LVD. WER-
 NER *de jure sibi nocendi. Lipsiæ. 1766.* JOH. SIM.
 HOË. *de autochiria seu propricidio. Erford. 1688.*
 JOH. LAVRENT. SCHNEEMELCHER *de autochiria.*
Witt. 1702. JOH. FRID. WITZLEBEN *de autochi-*
ria. Lips. 1702. JVST. JOH. WRISBERGIUS *de eo*
quod justum est circa autochiriam. Gættingæ. 1740.
 JOH. ROBECK *de εὐλόγω ἐξαγωγῇ sive morte volunta-*
ria philosophorum & bonorum virorum etiam judæo-
rum & christianorum. Rintelii. 1736.

§. XXV.

Quumque Autochiria Jure naturæ sit prohi-
 bita, quoniam quisque ad se conservandum obli-
 gatus sit (§. XXIV.), consequens est, ut unicui-
 que jus defensionis competat; unde ea omnia pro
 defensione sui facienda sunt, sine quibus conser-
 vatio haud obtineri potest: dummodo quis limi-
 tes justæ defensionis non excedat. Defensio ta-
 men subinde est ILLICITA, nimirum contra legiti-
 mum Imperantem. JOH. FRIDEM. SCHNEIDER *de*
illi-

cita contra Principem vitæ defensione. Halæ. 1702.
 Subinde PRÆCEPTA contra injustum scilicet vitæ
 aggressorem. HENRIC. GVIL. FINX *de legitima
 defensione adversus injustam vim. Witeb. 1702.* JOH.
 BALTH. WERNHER *de quæst. an violenta defensio
 adversus aggressorem in casu necessitatis sit admissa?
 Lipsiæ. 1699.* CARL. AND. REDELIVS *de defen-
 sione sui adversus adgressorem. Lipsiæ. 1688.* JO-
 ACH. NERGER *de jure periculum vitæ imminens ad-
 versarii occisione propulsandi. Witteb. 1668.* ANDR.
 KOEPPFERVS *an defensio vitæ cum internecone al-
 terius sit juris naturæ. Witeb. 1694.* JOH. AVG.
 OLEARII *quæstio: an liberis contra parentes inju-
 stos vitæ eorum aggressores cum parentum morte se
 defendere liceat? Lipsiæ. 1696.* VAL. RIEMER
de necessaria defensione. Jenæ. 1620. RICHTER *de
 necessaria defensione.* STRAVCH *de defensione neces-
 saria.* GE. OBRECHT *de defensione necessaria. 1617.*
 HERM. LEMBKIUS *de necessaria defensione. Rost.
 1659.* GVIL. SIMONIVS *de necessaria defensione.
 Jenæ. 1621.* ARN. de VRIES *de naturali sui defen-
 sione. Lugd. Bat. 1723.* JOH. GOTHOPR. FORBIGER
defensio sui. Witeb. 1703. SCHVZ *de defensione ne-
 cessaria. Rostock.* RHETIVS *de jure necessariæ defen-
 sionis. Francof. 1671.* MAVRITIVS *de favore defen-
 sionis*

G

sonis vitæ. Kiloni. 1667. GOTTH. EHRENF. BECKER de officio hominis circa aggressorem. Lipsiæ. 1683. Subinde denique PERMISSA, quoties nempe majus bonum ex omissione defensionis eveniret. JOH SPIESMACHER quod licitum sit, certis in casibus vitam morti exponere pro salute alterius. Lipsiæ. 1686.

§. XXVI.

Defensio hæc non modo respicit vitam (§. XXV.), sed & ulterius quoque se extendit ad famam, pudicitiam, bona &c. Quum enim Deus voluerit, ut nos conservemus, (§. XXIII.), etiam nobis media, sine quibus finis obtineri nequit, concessisse oportet; quare defensionem famæ, pudicitie, ac bonorum, quin immo & minimorum licitam esse, nemo negabit. De defensione FAMÆ egit GOTTLIEB. SCHELVIGIVS, *quid liceat pro fama. Disput. II. Gryphisw 1706. JANI A W. SLICHERVS de debita & legitima vindicatione existimationis. Amstelodami. 1717. JOH. FRIDRIC. WEISSENBORN an existimationis ac vitæ eadem sit habenda existimatio? Jenæ. 1705. SAMVEL. PVFENDORFIVS de existimatione. THOMASIVS de existimatione fama & infamia. 1709. De defensione*

ne

ne PVDICITIÆ differuit JOH. BALTH. ELEND *de eo, quod pro pudicitia per jus naturæ liceat. Helmst. 1702.* CASPAR. JVL. WUNDERLICH. *quæst. An honestæ fœminæ ad tuendam pudicitiam violentum interficere liceat Stupratorem. Viteb. 1627.* JOAN. CHRIST. HENNEBERG *de quæst. An mulier violentum pudicitiae invasorem salva conscientia possit occidere. Lipsiæ. 1704.* JOACH. HENRIC. SIÖBRAND *quæst. An Stupratorem violentum illesâ conscientiae occidere liceat. Rost. 1700.* JOH. BALTH. JACOBI *de matre Antiobena se cum duabus filiabus in fluvium precipitante servandæ pudicitiae causa. Erford. 1708.* De defensione BONORVM scripsit opusculum egregium CARL. ANDR. REDELIVS *de defensione bonorum adversus aggressorem. Lipsiæ. 1689.*

§. XXVII.

Attamen, quum defensio vitæ, famæ, pudicitiae, & bonorum eatenus permessa sit, quatenus illa limites justæ defensionis non excedat (§. XXV.), per se patet, ei, qui sine adgressoris læsione, vel leviori malo adgressori repræsentato periculum evitare potest, jus non competere, ad cædem alterius temere provolandi. Ex duobus

G 2

enim

enim malis physicis id, quod minimum est, eligendum esse, vel ipsa recta ratio nos docet. Quare si quis vulnere adgressoris periculum depellere potest, eum occidere nefas est; quin immo ne vulnerare quidem licet, si pateat perfugium. Hæc, licet in Thesi verissima sint, ad hypothesin tamen ob sæpe intervenientem animi perturbationem difficulter adplicari queunt. De limitibus justæ defensionis, nec non moderamine inculpatae tutelæ extant varia scripta: GASSER *de moderamine inculpatae tutelæ. Halæ.* JOH. EICHELIVS *de moderamine tutelæ incussatæ. Helmst.* 1665. REBHAN *de inculpata tutela. Cæsor de homicidio necessario. Francof.* 1678. LEDERER *de jure belli privati. Witteb.* 1668. JOH. JACOB. MULLER *de moralitate tutelæ inculpatae. Notbwebr.* JACOB. FEID. LUDOVICI *de limitibus defensionis in bello defensivo. Halæ.* 1706. JOH. TOLLIVS *de moderamine inculpatae tutelæ. Lugd. Bat.* 1698. DAN. SINDENIUS ERNEST. FRID, SCHROETER. *de tutela inculpata. Jenæ.* 1667. PHILIP. JOH. SCHIPPERS *de moderamine inculpatae tutelæ. Ultrajecti.* 1741. AVG. LEYSER. *de inculpata tutela. Witteb.* 1737. JOH. EISENHART. *de moderamine inculpatae tutelæ. Helmst.* 1692. ABR. BREBERENG VAN DYCK *de*
mo-

moderamine inculpatæ tutelæ. Ultrajecti. 1727.
 JVL. FRID. CARRAY *de jure pugnæ & moderami-*
ne inculpatæ tutelæ. Basil. 1609.

§. XXVIII.

Cum defensione legitima non est confunden-
 dum DYELLVM. *Prior* Jure naturæ licita est, *po-*
sterius illicitum atque prohibitum. DVELLVM no-
 bis nihil aliud est, quam *certamen duorum certis so-*
lennitatibus susceptum, quo sibi invicem jus in cor-
pus & vitæ tradunt. Hic modus, quum nemo
 dominus vitæ & necis sit, quumque non ad defen-
 sionem, sed potius ad vindictam, iram, cupidita-
 tem, odium, sine quibus duellum vix intelligi po-
 test, tendat, tanquam justus & legitimus haud vi-
 detur. De duello prostant varia scripta. JACOBI
 THOMASII *dissert. de duellorum varii generis mora-*
litate. Lipsiæ. 1671. PAVL. VOETIVS *de duellis li-*
citis ac illicitis. Ultraj. 1646. in 8. JOH. FRID.
 SCHARFF. *de duellis. Witteb. 1620.* MAVRITIVS
de duellis. SAM. RACHELIVS de duellis. Kilon. 1670.
 CAR. ANT. REDEL *de duellorum privatorum tur-*
pitudine morali. Lipsiæ. 1691. GEORG. CARASTA
de monomachia seu duello. Rom. 1647. BONAV.
 GAVER *de duello seu monomachia. Basel. 1609.*

CAJVS RYMOHR *de duello. Altorff.* 1648. JOH. GVIL. JANVS *de duellorum origine & progressionē. Viteb.* 1717. JOH. GEORG. SCHERTZ *de duellis principum. Argent.* 1707. JOH. JACOB. MULLER *de duellis principum. Fencæ.* 1702. CHRISIT. GOTTF. CHEMNITIVS *de duellis Germanorum. Witteb.* 1717. AVG. LEYSER *de duellis. ibid.* 1738. ANDIGIER *de l'ancien & vrai usage des duels. Paris.* 1717. HENR. KLVGKISTIVS *de veris duellorum limitibus. Ultrajecti.* 1727. LVC. FLORONI *de SOLAROLO de prohibitionē duelli. Venet.* 1610. HENR. VFFELMANN *de duellis. Helmstad.* 1676. SAM. SCHELGVIGIVS *de duellis. Gedani.* 1679. SAM. LANGIVS *de duellis. Witteb.* 1682. HENRIC. CHRISIT. TIELCKEN *de duellis. Rostoch.* 1704. &c.

§. XXIX.

A duello tamēn discrepat BELLVM, quod, quum in statu naturali non datur superior, qui ambigua causarum fata decidere atque determinare queat, justissimum medium esse, jus suum consequendi, nemo non dixerit. Per bellum verō intelligimus, *statum liberarum gentium, vel hominum in statu naturali viventium juris sui persequendi causa violente concertantium, propositumve concertandi*
reti-

retinentium. De hac materia inveniuntur varia opuscula selectæ, reconditæque doctrinæ plena. ADOLPH. GE. LVNDENIVS *de bello licito, ejusque suscipiendi causis.* Helmst. 1676. ANDR. WESTPHAL *Belli juste & honeste gerendi modus.* Gryph. 1714. JOH. CHRIST. ROTH *de justis bellorum causis.* Altorff. 1689. GABR. SCHLÖBERG *Bellum, ejusque causæ.* Dorpati. 1696. CHRIST. RÖHRENSEE *Causa belli justificata.* Witteb. 1703. JOH. GEORG. MEISNER *Bellorum causæ.* *ibid.* 1683. JOH. PAVLSEN *de bellis, eorumque juribus.* Græn. 1639. MART. CASERIVS *de bello.* Witeb. 1634. DAN. SIGM. WOLF *de ratione belli offensivi & defensivi.* Halae. 1677. ALPH. ALVAREZ *de bello justo & injusto.* Neap. 1543. VAL. ALBERTI *de bello justo.* Lips. 1678. JOH. DAVID. LEHMANN *de bello.* *ibid.* 1673. DAVID LINDNER *de bellorum justitia & indicatione.* Altorff. 1659. HENRIC. BOCERVS *de bello & duello.* Tubing. 1607. & 1616. JOH. PETR. BANNIZÆ *problemata de jure belli & pacis.* Wirceb. 1746.

§. XXX.

Quum ergo bellum sit status liberarum gentium, vel hominum in statu naturali viventium
juris

juris sui persequendi causa vi dolove concertantium (§. XXIX.), consequens est, ut nec inter integras gentes bellum punitivum, neque inter singulos homines in statu naturali viventes pœna locum habeat; quidquid enim juris est inter integras gentes, idipsum locum habet inter singulos homines in statu naturali viventes. Quare pœna nihil aliud est, quam *malum passionis ob malum actionis a superiore inflictum*; ac proinde illa non nisi a superiore imponi potest, quoniam æqualis in æqualem nullum imperium, nullamque jurisdictionem sibi arrogare valet. Et licet quidam effectus pœnæ in statu naturali extent, ii tamen non ex pœna, sed ex jure connato se defendendi promanant. Hic adduci potest JOH. SCHMIDT *de bello punitivo. Lips.* 1714. VALENT. VELTHENIVS *de Moralitate belli a principe non læso adversus alienum populum. Jenæ.* 1680. JOH. CHRIST. BELOW *de pœnis. Witeb.* 1690. AD. ANDR. HOCHSTETTER *de jure pœnarum. Tubingæ.* 1702. GEORG. HENR. RIBOVIVS *de bello pœnæ. Gœtting.* 1744. GEORG. AD. REYHERVS *de bello punitivo inter gentes jure gentium necessario licito. Halæ.* 1744.

SE-

SECTIO IV.

DE

OFFICIIS ERGA ALIOS.

§. XXXI.



roxima nunc sunt officia erga ALIOS, quæ ex lympidissimo fonte (§. XIX.) adducto fluere quivis animadvertet, quum Deus O. M. non tantum nos creaverit (§. XXII), sed etiam alios; adeoque voluerit, ut nos omnes existamus, ab eoque æqualiter dependeamus (§. XVI.); prono igitur veluti alveo fluit, ut proximum nobis æqualem agnoscamus, eumque non lædamus. Primum itaque officium erga ALIOS consistit in agnoscenda naturali eorum æqualitate; idque eo magis, quo omnes homines natura æquales sunt, iisdemque partibus essentialibus constant. Officia erga ALIOS in genere explanavit DAN. GOTTL. METZLER *de officio hominis, quod aliis debet, ratione summæ ipsorum felicitatis habita, ex principiis rationis deducta. Lips.* 1713. In specie vero & quidem de agnoscenda

H

na-

naturali hominum æqualitate egit HERM. LVD. WERNHER *de æqualitate hominum in statu naturali*. Lips. 1702. CARL. FR. KRANEWITTER *de æqualitate inter homines servanda*. Viteb. 1715. JOH. GEORG. ROESERI *dissert. de æqualitate & inæqualitate hominum*, Sedin. 1705.

*) Non defuerunt etiam quidam Icti, qui etiam de officiis mor-
exhibendis ex instituto egerunt. Sicuti hanc materiam
pertractat GOTTFRID. BÖTTNER *de viventium erga mor-
tuos obligatione*. Lips. 1702. ANDR. HOCHSTETTER *de
officio erga mortuos secundum legem naturæ*, Tubing. 1701.
CHRIST. WEIDLING *de officio hominis erga defunctos bene me-
ritos*, Leucop. 1711. JOH. BURCHARD. MENCKEN *de
officio humanitatis mortuis exhibendo*, Lips. 1700. ERN.
FRID. SCHLEGEL *honor erga defunctos*, Lips. 1700. CHRI-
STOPH. HENR. ZEIBICH *quid liceat in hominum demortuo-
rum corpora?* Viteb. 1700. THOM. FORSTMANN *de tri-
to illo: de mortuis & absentibus non nisi bona*, Jenæ,
1699.

§. XXXII.

Quum omnes homines naturæ æquales sint,
quoniam iisdem partibus essentialibus constant
(§. XXXI.), non minus colligere licet, inter eos
obtinere jus libertatis. Status enim naturalis, est
sta-

status libertatis, in quo nec subjectioni politicæ, nec, quæ jure gentium introducta est, servituti, locus esse potest. Jura status naturalis consistunt in jure belli (§. XXIX.), æqualitatis (§. XXXI.) & libertatis. Huc spectat GEORG. SAM. WAGNER *de natura libertatis humanæ*, Lips. 1718. FRID. NITSCHIVS *de statu libertatis & servitutis*, Gif. 1683. HENRIC. OELMANN: *non omnes homines esse natura liberos &c. Regiom.* 1718. MICH. SCHREIBER *de concordia imperii libertatis, &c. ibid.* 1701. VALENT. ALBERTI *de servitute naturali*, Lips. 1684. JOH. HENSELIVS *de servitute naturali, num jure naturæ sit licita?* Lips. 1692. JOH. PAVL. FELWIGERI *servus naturalis*, Altorf. 1678. JOH. ALPH. TVRRETIVS *de libertate humana juxta lumen naturæ*, Genevæ. 1734. FRID. PHIL. SCHLOSSER *de genuina libertatis notione*, Witteb. 1725. JOH. GOTHOF. A DIESSELDORF *de jure restringendi naturalem libertatem*, Lips. 1690. JOH. WILH. GADENDAM *de trutina fœderum in statu libertatis naturalis*, Erlang. 1745.

§. XXXIII.

Alterum officium erga ALIOS, est de non lædendo proximum. Quum ergo finis divinæ vo-

H 2

lun-

luntatis fuerit, ut & alii existerent (§. XXXI.), consequens est, ut & nos neminem imperfectiorem reddamus, proindeque & neminem lædamus. Et quoniam homo non solum ex corpore, sed & ex anima constat, illæ autem partes essentielles æqualiter a Deo dependent (§. XXI.), omnem damnum (per quod intelligimus quamlibet rei corruptionem, ac deminutionem nullo jure factam) sive corpori, sive animæ illatum, Jure naturæ prohibitum esse, facile intelligitur. Hanc materiam egregie excussit FRID. WEISEN *de damnis proximo illatis, eorumque variis generibus*, Jenæ. 1680. EPHR. GERHARD. *de imputatione damni per ignorantiam inflictæ*, Jenæ. 1705. STRUVIUS *de eo, quod justum est circa damna in vita ex ignorantia*. PETR. MASCOVIUS *de damno voluntario ex imperitia*, Tubingæ, 1697. GOTTH. WILDVOGEL *de damno invito*, Francof. ad Viad. 1648. JOH. FRID. RHETIVS *de damnis voluntariis*, Francof. 1673. JOH. EBERH. ROESLER *de damno in fama & honore dato*, Tubingæ, 1710. BVRCH. EDENVS *de damnorum culpa, casuque factorum, itemque infectorum præstatione*, Argent. 1646.

§. XXXIV.

§. XXXIV.

Quum ergo omne damnum, quod alteri sive quoad corpus, sive quoad animam infligitur, jure naturæ sit prohibitum (§. XXXIII.), non minus ut reparatio damni jam illati jure naturæ præcepta sit, necesse est. Alias sane officium de non lædendo esset frustraneum, nisi restitutio damni esset necessaria, jureque naturæ præcepta. Facta enim restitutione damni, cessat læsio. Obligationem reparandi damnum proximo illatum sive in mente, vita corpore, fama, honore, sive in bonis fortunæ, argumentis certe evidentissimis comprobavit JOH. EBERH. ROESLER *de restitutione damni in mente dati, Tubingæ 1708. Item de damni restitutione in vita & corpore dati, ibid. 1708. Item de restitutione damni in bonis fortunæ dati, ibid. 1710. Item de restitutione damni ex principiis Philosophiæ moralis, Tubingæ, 1707.* GODOF. FORBIGER *de damno, ejusque ad restitutionem obligatione, Witeb. 1704.* PHIL. LVDW. BÖHMER *de reparatione damni dati, Helmstadii, 1697.*

§. XXXV.

Quumque restitutio damni illati jure naturæ sit præcepta (§. XXXIV.); damnum vero sit, omnis

deminutio rei nullo jure facta (§. XXXIII.), per se patet; cessare obligationem reparandi damnum, si unus jus habeat, malum alteri representandi. Quod ex tunc evenire solet, quando officia nobis debita concurrunt cum officiis erga alios, atque inter se collidunt. De difficili, ac intricata hac materia solide atque nervose tractat celeb. ADAM. FRIED. GLAFEYVS *de collisione officiorum*, Jenæ, 1713. GEORG. CHRISTOPH. MODEL *de collisione legum naturæ*, Altorff, 1709. PHIL. LVD. BÖHMER *de collisione legum casuali*, Helmst. 1699. JOH. NICOL. HERTIVS *de collisione legum*, Giessæ, 1688. EVCH. GOTTL. RINCK *de collisione legum naturæ*. Altorff, 1709. JOACH. HENR. SANDER *epistola: non dari collisionem legum naturalium erga nos, & erga alios observandorum*, Rost. 1746. JOH. FRID. SCHNEIDER *de collisione famæ & conscientiæ*, Halæ, 1703. JOH. CHRIST. GÖZZIVS *de officiorum & legum exceptionibus in casu collisionis*, Gættingæ, 1741. CAR. GÖSSELIVS *de obligationum collisione*. Ultrajecti, 1718. AD. FRID. HOFFMANN *de juriis & obligationum collisione*, Halæ, 1728. HENR. MELCH. SCHÜTTEN *de collisione obligationum*, Erford. 1742. JOH. WOLFG. TRIER *de conflictu obligationum*, Francof. 1739.

§. XXXVI.

§. XXXVI.

Collisio hæc quam maxime se exerit in casu necessitatis, in quo subinde officia Deo debita concurrunt cum officiis nobis debitis: subinde officia nobis debita cum officiis erga alios. **NECESSITAS est status hominis, in quo legi sine periculo vitæ, aut magni incommodi parere quis non potest.** Prior vocatur necessitas INCOLVMNITATIS, seu extrema: posterior INCOMMODITATIS, seu quasi extrema. Vulgo Doctores tradunt regulam: *necessitatem non habere legem*: hac regula nihil frequentius in ore hominum est; quin immo nihil turpe ac nefarium esse existimant, quod excuset necessitas. Verum, quum officia non sint æqualia, sed certus eorum ordo observandus (§. XVI.), facile patet, non semper veram esse regulam a doctoribus jactatam. De necessitate extant varia scripta. THEOD. LAVDIEN *de Canone trito: Necessitas non habet legem. Regiom. 1713.* PAVL. WAGNERI *tractatus Juridicus, quo regula: necessitas non habet legem, ex jure naturali, civili, & canonico accurate explicatur, Lipsiæ, 1725.* CARL. de VERDVN *de necessitate legem non habente, Lugd. Bat. 1740.* MATH. GE. SCHRÖDER *de casibus extremæ necessitatis, Lipsiæ, 1715.* JOH. MART. LEHMANN *de jure necessitatis, Lips. 1682.*

CASP.

CASP. MATTH. MÜLLR *de necessitate jus in res alienas concedente*. Rost. 1695. JOH. SCHMIDT *de favore necessitatis*, Lips. 1699. JACOB. FRID. BRACHT *de jure paupertatis in casu necessitatis*, Jenæ, 1719. HENR. SIVERTZ *de nonnullis, quæ ob necessitatem licita falso judicantur*, Lips. 1696. JOAN. FRID. NEVMANN *de necessitate, ejusque in jure effectu*. Halæ ad Salam. 1752. AHASV. FRITSCHE *præsidium necessitatis contra legem, seu de jure necessitatis*, Jenæ, 1661. JOH. CONR. VAN HASSELT *de extrema necessitate*, Lugd. Bat. 1729. PETR. HOMFELD *necessitas exlex*. Jenæ, 1675. CHRIST. GOTTFR. JOHNIUS *de necessitate, vel jure, quod necessitas constituit*, Argentorati, 1673. THEOD. KRAVSSIVS *de necessitate*. Altorff. 1671. JÓH. SAM. STRYCKIVS *de jure necessitatis*, Halæ, 1712. & 1738. SIM. NIC. ORTHIVS *de eo, quod justum est circa actus quosdam necessitatis*, Giessæ, 1711. Hæc itaque sunt officia erga alios absoluta; nunc sequuntur hypothetica, quæ posito aliquo jure per factum, aut institutum humanum adquisita exiguntur (§. XV.). Ejusmodi instituta sunt quatuor, imo SERMO: 2do DOMINIVM: 3tio RERVVM PRETIVM: 4to IMPERIVM. De omnibus illis separatim agemus.

SECTIO

SECTIO V.

DE

SERMONE.

§. XXXVII.



Primum ergo institutum humanum, ex quo officia hypothetica fluunt, est SERMO, per quem intelligimus *vocem articulatam ex impositione hominum significantem, qua animi nostri sensa cum aliis clare & distincte communicamus.* Ex qua definitione apparet, finem sermonis in eo positum esse, ut animi nostri sensa communicemus, adeoque ut ne alios sermone nostro lædamus, sed nostris aliorumque commodis potius sermone nostro pro virili serviamus. De officiis sermocinantium, obligationeque sermonis variæ extant dissertationes, in quibus fere omnibus tota materia de sermone eleganter atque erudite explanatur. Huc spectat GOTTL. GERH. TITIVS *de officio sermocinantium, Lips. 1695.* SIM. FRID. JÆGER *de officio hominis*

I

cir-

circa sermonem, Viteb. 1691. NICOL. CHRISTOPH. REMLING de obligatione sermonis, Viteb. 1694. EBERH. LVD. ROTHIVS de sermone hominis, & quæ eundem consequitur, obligatione, Ulm. 1679. JOH. ANDR. HARTMANN de obligatione sermocinantium, Marpurgi. 1734. JOH. EBERH. ROESLER de sermone indeque orta obligatione, Tubingæ. 1715. VICT. BENEDICT. HEVBFR de eo, quod circa sermonem justum est, Fencæ. 1693. HENRIC. UFFELMANN de jure, quo homo homini in sermone obligatur, Helmst. 1667. HENRIC. LVD. WERNHER de officio hominis circa sermonem, Lipsf. 1702. CHRIST. RÖHRENSSEES Triga quæst. vexatarum circa officium sermocinantium, Witeb. 1691. JOH. SAM. TREVER de crimine alieni sermonis, Helmst. 1715. JO. FRIDEM. SCHNEIDER de moderamine inconsultæ vocis, Halæ. 1700. CHRIST. WOLFF. de loquela, Lipsf. CHRIST. RÖHRENSSE de regimine linguæ, Viteb. 1703. CHRIST. THOMASIVS de homicidio linguæ.

§: XXXVIII.

Quum finis sermonis sit, ut alteri animi nostri sensa pandamus (§. XXXVII.), atque ad hunc finem

finem tunc demum obligemur, quando alter jus perfectum aut imperfectum habet, sermonem a nobis exigendi, sequitur sane, ut toties tacere possimus, quoties alteri nec jus perfectum nec imperfectum competat, animi nostri sensa percipiendi. De TACITVRNITATE, per quam nihil aliud intelligimus, quam *reticentiam ejus, ad quod aperiendum alteri nec perfecte, neque imperfecte obligamur*, scripserunt singulari cum industria JOH. EBERH. SWELING *de taciturnitate, Brem.* 1702. ANDR. BEJER *de silentio & taciturnitate*, JOH. LVD. SCHMIDT *de silentii moralitate, Lips.* 1701. JOH. CHRISTOPH. ROSTEVSCHER *de silentio, Ged.* 1691. JOH. STEIN *de silentio, Regio.* 1705. JOH. TESCHENMAKER *de jure silentii, Ultrajecti.* 1730. NICOL. CHRPH. SINCKER *de eo, quod justum est circa silentium.* 1693. HENR. PET. BEVMER *de silentio innoxio, Erford.* 1693. HENR. COCCEJVS *de silentio, Heidelbergæ.* 1682.

§. XXXIX.

Præterea quum tacere possumus, quando alteri nec jus perfectum, neque imperfectum competit, sermonem a nobis exigendi (§. XXXVIII),

merito quoque colligimus, & in eodem casu tam simulatione, quam dissimulatione uti licere; præprimis, si per hoc alterius utilitatem magis promoveamus. Illustrem hanc materiam excusserunt Icti quidam, qui omni laude dignissimi sunt. GE. NICOL. OCKEL *quæst. an simulatio & dissimulatio licitæ sint?* Rost. 1706. JOH. GOTTL. BOHN: *an liceat simulare & dissimulare?* Lips. 1714. ANDR. PEJER *de dissimulatione*, Fencæ. 1676. FR. CHRIST. BVCHERVS *de simulatione*, Ged. 1683. HENRIC. UFFELMANN *de simulatione & dissimulatione*, Helmst. 1671. CONRAD. JVNCKER *de simulatione*, Altd. 1676. HENR. COCCEJVS *de simulatione*, Francof. ad viad. 1693. JOH. DIETR. von GÜLICH *de simulatione & dissimulatione*, Oster. 1688. MARTIN. HASSEN *dissertationes duæ de moralitate simulationis*, Witteb. 1732. Huc pertinet CHRIST. RÖHRENSEE, Viteb. 1699. CARL. GOTTL. ITTIG. Lips. 1709. FR. WILH. FÖRSTER. Erf. 1694. de materia eadem.

§. XL.

Quanquam & tacere (§. XXXVIII.) & simulare æque ac dissimulare possimus, si alter notitiam a nobis jure perfecto, imperfecto ve exigere nequeat (§. XXXIX.), tamen si loqui velimus, ita

lo-

loquamur, necesse est, ne alii sermone nostro lædantur (§. XXXVII.); ac proinde tuto exinde inferimus, ad veritatem dicendam semper nos obstrictos esse, sive alter jus perfectum vel imperfectum, sive nullum jus, veritatem a nobis exigendi, haberet. De veritate prostant varia scripta: GOTTFR. WILDVOGEL *de obligatione hominis ad veritatem naturali*, Francof. ad Viad 1684. JOH. RVDOLPH. BRACHVOGEL *de moralitate veritatis, ejusque oppositis*, Jenæ. 1717. DAVID. WENDELERI *Veritas moralis*. 1675. SIGM. JANCKIVS *de veracitate*, Lipsf 1632. JOH. EBERH. SCHWELING *de veracitate & mendaciis*, Brem. 1696. GE. SAM. ESENBECCIUS *de veritatis & charitatis nexu necessario*, Altorf. 1712. JOH. JACOB. LEHMANN *de eo, quod justum est circa veritatem custodiendam*, Jenæ. 1717. ANDR. PLOMANN *de ἀληθεία*. Kil. 1676. SIGM. CLEEMANN *disput. II. de occultatione veritatis licita*, Viteb. 1705. BENED. GOTTL. CLAVSWITZ *de officio circa sensus externos ad veritatis cognitionem adhibendos*, Lipsf. 1717. JOH. GOTTFR. HARTENSTEIN *Rationes, ob quas veritas & fides de homine dici possunt*, Lipsf. 1718. JOH. DAV. MICHAELIS *von der Verpflichtung der Menschen die Wahrheit zu reden*, Göttingen 1750.

§. LXI.

Porro, quum ad veritatem dicendam toties, quoties loqui velimus, obstricti simus, sive alter jus habeat, veritatem a nobis sciendi, sive non (§. XL.), consequens est, ut mendacium omne, sive sit perniciosum, officiosum, aut jocosum, Jure Naturæ sit prohibitum; adeo quidem, ut ne in extrema necessitate illud, ob periculum commune & universale, licitum esse, statuamus. MENDACIUM nobis est *sermo menti non conveniens*. Qui eum sermonem profert, alterum imperfectiorem reddere intendit, qui alterum imperfectiorem reddit, eum lædit; lædere autem jure naturæ est prohibitum, ergo & mendacium. Hanc materiam excoluerunt JOH. LUDW. SCHVMANN *de mendacio officioso, jocosu, & pernicioso. Erf. 1703.* JOH. GEORG. ABICHT *de mendacii bonitate & malitia, Lipsiæ, 1699.* JACOB. SAVRINI *Ecclesiastæ Hagensis Commentatio de mendacio.* JOH. JOACH. RICHSHOFFER *de mendacio, ejusque pœna. Argentor. 1669.* CONSTANT. MÜLLER *de mendacio. Ger. 1691.* BALTH. CONR. ZAHNIVS *de mendacio. Colon. 1662. & 1686.* JOH. MART, SCHRÖTER *de mendacio & in specie eo, quod in foro punitur, Lips. 1732.* ERN. TENZELIVS *de mendacii electu in jure, Franc. 1713.*

§. XLII.

§. XLII.

Quumque mendacium Jure naturæ ideo sit prohibitum, quoniam is, qui mentitur, alterum imperfectiorem reddere intendit (§. XLI.), ratio facile exinde reddi potest, cur falsiloquium juri naturæ non repugnet, differatque a mendacio. Mendacium enim opponitur veritati morali, falsiloquium veritati logicæ; ac proinde quum veritas moralis sit virtus, mendacium vitium esse oportet: & econtra quum veritas logica nec virtus, nec vitium sit, falsiloquium quoque nec virtus, nec vitium erit. FALSILOQVIVM itaque nihil aliud est, quam *Sermo non conueniens objecto repræsentando*. Huc referri potest dissertatio NICOL. GRVBB; *de moralitate falsiloquii Grypbism. 1709.* SAM. PETRI *disputatio philosophica de vera mendacii & falsiloquii differentia. Wittebergæ. 1745.* OTTO MENKEN *de falsiloquio licito. Lips. 1667.*

§. XLIII.

Et hactenus quidem de sermone & officiis, quæ exinde fluunt, quantum satis est, diximus: Quum vero Jusjurandum sit species sermonis, non
in-

incongruè hoc loco de eo agendum est. JVS-
 JVRANDVM, quod omnes gentes pro sanctissi-
 mo fidei pignore habuerunt, rectè definitur, quod
 sit *adseueratio religiosa, qua Deum tanquam vin-
 dicem invocamus, si falsum dicamus, aut promissum
 non seruemus.* Et quamvis jusjurandum nullate-
 nus Juri naturæ repugnet, tamen temere & sine
 necessitate eo uti non possumus, sed tum demum,
 quando id vel superior, veluti judex, vel alius
 ex justa ac gravi causa defert, siquidem tunc ipsa
 æquitas naturalis exigit, ut alterum de veritate
 asserti vel promissi certiore reddamus. Mate-
 riam jurisjurandi in genere pertractarunt varii Ju-
 risconsulti, in quorum censum venit GE. CALIX-
 TVS *de voto & juramentis in genere. Helmst. 1621.*
 CORNEL. BECKER *de juramentis. Lipsiæ.* JOH.
 WEISE *de juramentis. Jenæ. 1625.* JOH. GE.
 LVDOVICI *de juramento. Viteb. 1688.* GOTTFRID.
 VICT. MOERINGS *de juramento. Viteb. 1717.* VA-
 LENT. WELTHEM *de juramentis divinis &
 humanis. Jenæ. 1684.* NICOL. GRVBB *de mora-
 litate juramentorum. Gryphisw. 1709.* MAGN.
 DAN. OMEISSIVS *de jurejurando, & speciatim Aca-
 demico. Altorf. 1700.* AND. AD. HOCHSTETTER
de juramentis & quorundam circa ea solemnium mo-

ra-

ralitate. Tubingæ. 1702. EBERH. RVDOLPH. ROTH de jurejurando, ejusque variis ritibus ac ceremoniis. Ulm. 1681. VALENT. VELTHEM. Moralitas juramenti cum reservatione mentali præstiti. Fencæ. 1679. CHRIST. ROEHRENSEE de dispensatione circa jusjurandum. Viteb. 1696. STEPH. HOLZHVSIVS Manuale juramentorum. Col. Agrip. 1707. SAM. FRID. WILLENBERG de dubiis juramentorum formulis. Ged. 1702. SIM. HEINR. MV-SÆVS de juramentis in deliberativis. Kil. 1690. GVIL. HENR. BRVCKNER Christianis non esse licitum jurare, nisi in casu necessitatis. Fencæ. 1719. JOH. JACOB. LVDOVICI de genuino intellectu brocardici vulgaris: omne juramentum servandum esse, quod salva salute æterna servari potest. Hala. 1705.

§. XLIV.

Quum per jusjurandum intelligamus adseverationem, Deo tanquam vindice perjurii invocato factam (§. XLIII.), facile exinde apparet, per solum Deum jurandum esse; ac proinde non valere juramenta per res, quas quidem admiramur, sed non religiose colimus; uti per cœlum, terram, templum &c. Nec minus absurda esse jurajuranda

K

per

per res nobis carissimas concepta; veluti per animam, oculos, honorem, per genium & salutem principis &c. Unicus ergo superest modus jurandi, nimirum per Deum omniscium, & omnipotentem; eum enim solum colimus, veneramur, eumque timemus. Atque hoc jam observarunt ethnici, qui per Jovem, quem verum Deum putabant, jurarunt. Huc adduci potest JOH. FRID. HEVNISCHIVS *de juramento per creaturam, Lips. 1684.* DAN. FRID. JANVS *de juramento per genium principis, Lipsiæ, 1708.* CASP. MATTH. MÜLLER *de juramento per alterius salutem, Rostochii, 1693.*

§. XLV.

Quumque per solum Deum, quem religiose colimus, veneramur, & timemus, jurandum sit (§. XLIV.), merito quoque colligimus, jusjurandum cujusque religioni attemperandum esse cum quoad formulas, tum quoad ritus (*). Juramenta enim inventa sunt, ut homines metu Numinis ad veritatem dicendam, servandumque promissum adigantur. Verum nemo metu Numinis, quod vel non existere, vel falsum esse credit, adiget ad veritatem dicendam, sed potius eo audacius alterum

rum decipiet, quo minus sibi ab ejusmodi Numine metuit. Quæstiones hic occurrentes solide enodarunt JOACH. HENR. LANGE *quæst. num Christianus juramento Judæi rite ipsi delato tuto fidere possit?* Viteb. 1702. DAN. GVIL. MOLLER *de juramentorum judaicorum a Christianis acceptorum & exactorum fide & moralitate*, Altorf. 1698. MATH. HVNOLD *quæst. an juramenta per falsos Deos sint vera juramenta?* Lips. SCHWERTNER *de juramento per falsos Deos*, Lips.

(*) Quandoquidem juramenta cujuslibet religioni attemperanda sunt, atheus vero omnem religionem respuit, consequens est, ut & atheus, qui dissimulato atheismo per Deum pejeravit, & sic alios decepit, in statu civili puniri, in naturali vero cogi possit, ut damnum illatum resarciat. Fusius, attamen nervosè de hac materia egit JOHANN. MICHAEL. HALLWASCHIVS *in Biga quaestionum de juramento atbei & religionis. Fe. næ.* 1715. GERH. HERM. MENCKENIVS *de juramento atbei.* Lipsiæ. 1713.

§. XLVI.

Quoniam vero juramenta inventa sunt, ut homines metu Numinis ad veritatem dicendam, servandumque promissum adigantur (§. XLV.), patet, juramenta sine nova ac speciali obliga-

K 2

tione


tione concipi non posse. Utrum autem sit obligatio æque principalis, an accessoria? hic decidere nolumus. De obligatione juramenti scripserunt JOH. EBERH. ROESLER *de obligatione juramentorum*, *Tubingæ*. 1718. DAVID. WENDELER *de obligatione juramentorum*, *Viteb.* 1674. GERH. HERM. MENCKENIVS *de Justitia juramenti religionis*, *Lips.* 1712. AD. ERD. MIRVS *de obligatione juramentorum*, *Viteb.* 1684. CAROL. BOSCHAERT *an ex jurejurando nova oriatur obligatio?* *Lugd. Bat.* 1742. ARWIDVS MOLLER *de obligatione jurisjurandi*, *Lund. Scan.* 1724. ROBERT. SANDERSON *de juramenti promissorii obligatione*, *Cæthen.* 1674.

§ XLVII.

Quumque juramenta sine nova ac speciali obligatione concipi nequeant (§ XLVI.), nec obligatio sine consensu, facile quivis exinde colliget, ea omnia, quæ consensum tollunt, tollere quoque obligationem jurisjurandi. Quam ob rem jusjurandum dolo malo elicatum, vel errore præstitum nullam producit obligationem. Errans enim, dum jurat, ponit obligationem, quæ, dum non adest, nec jusjurandum obligare potest. Eodem modo
ratio-

ratiocinamur de jurejurando circa rem illicitam præstito. Qui enim ad rem turpem, legibusve prohibitam se devinxit, posuit consensum moraliter impossibilem. Et sane contradictionem involveret, vindictam Dei in eum casum, si ab illicito legibusve prohibito facto abstineret, provocare. Male quidem agit, qui de re illicita præstat jusjurandum, ast male non agit, qui illud non servat, sed si servaret, bis peccaret. Huc pertinent sequentes scriptores: JOH. EBERH. ROESLE *jusjurandum de re illicita.*, *Tubingæ.* 1712. HENR. CLAVSING *de juramentis dolo vel errore elicitis.*, *Viteb.* 1710. CARL. ANDR. REDEL *de obligatione juramenti dolosi*, *Lips.* 1691. ANDR. RITTER *de juramentis, quæ falso habentur, non obligantibus*, *Lips.* 1701. NICOL. CHRISTOPH. LYNCKER *de jurisjurandi invaliditate*, *Fenæ.* 1688. JOH. FRID. KAYSER *de efficacia jurisjurandi in actibus invalidis & illicitis*, *Gissæ* 1736. CARL FRID. ULR. PESTEL *de relaxatione jurisjurandi dolo malo eliciti*, *Rintelii.* 1734. JOH. CHRIST. RITTER *de jurejurando dolose elicito non servando*, *Fenæ.* 1741. JOH. CHR. FALCKNER *de juramentis illicitis*, *Fenæ.* 1671.

(*) Utrum jusjurandum vi metuve extortum subsistat, dubio non caret. Interim decisio hujus quæstionis dependet ab altera: an pactum metu extortum jure naturæ sit validum? Verum, quum metus nullatenus excludat consensum; ac proinde tale pactum jure naturæ subsistat (de quo infra pluribus), nulli dubitamus, quin jusjurandum vi vel metu extortum jure optimo producat obligationem. De hac specialissima, ac difficillima materia non sine summa diligentia & industria tractavit JOH. JOAH. ZENTGRAV *de juramenti per vim extorti obligatione. Arg. 1688.* JOH. GE. SCHVLTZ *de juramenti vi vel metu extortis. Viteb. 1710.* CHRIST. MICH. FISCHBECK *de promissionibus juratis metu extortis Viteb. 1701.* CARL. AND. REDELIVS *de obligatione juramenti coacti. Lipsiæ. 1688.*



SECTIO

SECTIO VI.

D E

DOMINIO.

§. XLVIII.



terum institutum humanum, ex quo officia hypothetica fluunt, est DOMINIVM, quod in *jure seu facultate alios usu rei nostræ excludendi* consistit. Multiplicato genere humano id partim ex necessitate; partim ex utilitate introductum est: ab initio enim omnia fuerunt in COMMVNIONE NEGATIVA, per quam intelligimus *statum, quo res omnes fuerunt nullius quoad proprietatem, quoad jus vero utendi vel occupandi omnibus patebant.* Occupatio autem vel facta est per plures mortales, vel per singulos. Priore casu illa res fuit in COMMVNIONE POSITIVA, quæ nobis est *status, quo multi rem simul communi nomine occupant, ut illa quoad proprietatem ad totam universitatem, quoad usum ad singulos de universitate pertineat.* Posteriori casu statim natum est dominium. De dominio ejusque origine egit JOH.

GEORG.

GEORG. BERGER *de exordio proprietatis, sive origine dominii. Viteb. 1709.* HARFELD *de dominio primævo. 1674.* PETR. HOMFELD *de dominio primævo, Jenæ, 1674.* CHRISTOPH. AVG. HEVMANN *suum cuique, hoc est, disputatio jurisprudentiæ naturalis de origine dominii, Jenæ, 1709.* HENRIC. COCCEJVS *de origine dominiorum. Heidelb. 1684.* Huc quoque commode & non sine utilitate referri possunt illi, qui de dominio eminenti scripserunt, quales sunt CHRISTOPH. *de SCHIFFART de dominio eminente. Groning. 1713.* GEORG. PAVL. RÖTENBECCIVS *dominii eminentis distinctus conceptus, Alterff. 1707.* CHRIST. BECKMANN *de supereminenti dominio.* BECHMANN *de usu dominii eminentis.* STÖSSER *de dominio eminenti. 1670.* MELCH. LVBECK *de jure dominii eminentis.* JOH. FRID. SCHNEIDER *de dominio eminenti habito respectu ad Jus subditorum, Halæ.* JOH. NIC. ERHARD *de eminenti Majestatis dominio. Argent. 1661.* JOH. AD. ICKSTATT *de Majestatico dominii eminentis jure, Mogunt. 1730.*

(*) Ipsa sane recta ratio nos convincit, Deum O. M. jus in res creatas hominibus concessisse. Quum Deus sapientissimus homines creaverit, ejusdem divinam voluntatem fuisse, ut *existerent*, manifestum est. Quumque

que ejus voluntas æterna finem non consequeretur, nisi & media ad finem obtinendum necessaria nobis dedisset, consequens est, ut mortales rebus omnibus in hoc uniuerso terrarum orbe obuiis, atque ad nostram existentiam conservandam necessariis uti frui uoluerit. Huc spectat JOH. PHIL. SLEVOGTII dissertatio bonæ frugis plena: *de dominio hominis in res sublunares, ejusque usu.* Fena. 1687. JOH. SCHMIDT *de jure hominis in mundum.* Lipsiæ. 1688. IOH. WOLFG. JÆGER *jus circa ea, quæ hominibus communiter competunt.* Tubing. 1690. HENRIC. COCCEJVS *de dominio seu Imperio orbis.* Francof. ad Viad. 1712. NICOL. CHRIST. REMLING *de dominio hominis in creaturas inferiores.* Witeb. 1687. HENRIC. SIGISM. PLESMANN *de dominio mundi.* Francof. ad Viad. 1700.

§. XLIX.

Res, quas homines adquirunt, vel adhuc extra dominium sunt, vel jam in alterius dominio existunt. Si prius; tunc modum illum acquirendi vocamus ORIGINARIVM. Sin posterius; eum jure merito DERIVATIVVM adpellamus. Modus itaque acquirendi dominium originarius est OCCUPATIO, quæ consistit in *adprehensione possessionis rerum nullius animo sibi habendi.* Quum ergo in rebus nullius nemini competat jus, alios ab usu earum rerum excludendi, non ignotum erit, ut,

L

quæ

quæ nullius sunt, cedant occupanti. De occupatione, modisque acquirendi dominium egregie differuit GOTTFR. WEIGHARD. RING *de originaria dominii acquisitione per occupationem. Francof. 1740.* JOH. ERNEST. GUNNERI *dissert. de modis acquirendi jus in re præsertim dominium secundum principia juris naturæ. Jenæ. 1747.* OBRECHT *de modis acquirendi dominium naturalibus. Mosis van den BROECK de occupatione. Lugd. Batav. 1696.* PAUL. JACOB. MARPERCHER *de acquisitione dominii originaria in statu naturæ. Lipsiæ. 1741.* ERN. FRID. SCHRÖTER *de occupationibus. Jenæ. 1669.* JOH. HENR. FELZ *de occupatione in genere. Argentorati. 1702.* PETR. MÜLLER *de modis acquirendi dominii naturalibus. Jenæ. 1681.* MELCH. LVD. LILLEN *de jure dominii, ejusque naturali acquisitione. Erf. 1696.* JOH. van LANTSCHAT *de acquirendo rerum dominio per occupationem. Lugd. Bat. 1712.* CHR. PHIL. RICHTER *de acquirendo rerum dominio ex jure gentium. Jenæ. 1652.* ANDR. van der GOES *dissert. de acquirendo jure gentium dominio. Lugd. Bat. 1642.* GEB. GARBERI *dissert. de rerum dominio iure gentium acquirendo. Lugd. Bat. 1722.*

*) Nec

(*) Nec defuerunt quidam, qui occupationem bellicam, qua personae aequae ac res hostium capiuntur, ad modos acquirendi originarios referre non dubitarunt. Enimvero quum occupatio effectum suum duntaxat exerit in rebus nullius, pro quibus hostiles res ne per fictionem quidem haberi possunt, merito inferimus, occupationem bellicam nec ad modos acquirendi dominium originarios, nec ad occupationem referendam, sed potius ex ipso jure belli, tanquam ex lymphidissimo fonte esse derivandam. Difficilem hanc materiam Jurisconsulti varii enuclearunt, qui varia scripta circa occupationem bellicam orbi literario communicarunt. JOH. ADAM. BRUNNLEGER *de occupatione bellica. Argent.* 1702. NICOL. REVSNER *de occupatione bellica. Jenæ.* 1595. DAVID. STAVINSKY *de jure occupandi res hostiles. Regiomontani.* 1707. MICH. GRASS *de eo, quod justum est circa recuperationem bellicam. Tübingæ.* 1688. & 1715. REINHARDVS. LVGENAN *de occupatione bellica.* JOH. ARNDTIVS *licitam esse medii loci occupationem. Rostoch.* 1712. GOTHOF. KVPFENDER *de temperamento vastationis bellicæ. Viteb.* 1677. JOH. ZACH. HARTMANNVS *de occupatione bellica acquirendi dominium non modo. Kiloni.* 1730. JACOB. HYPMANNVS *de praeda bellica. Stralsundia.* 1640. CARIST. WILDVOGEL *de praeda militari. Jenæ.* 1713.

§. L.

Quum occupatio sit adprehensio possessionis rerum nullius (*) animo sibi retinendi (§. XLIX.),

L 2

hoc-

hocque modo adquiratur dominium (§. XLVIII.),
 cujus requisita sunt, ut res *1mo* sit exhausti usus,
2do præstet utilitatem, & *3tio* custodiri possit, non
 incongrue quidam Icti judicarunt, mare eatenus
 in dominio existere, quatenus & illa requisita lo-
 cum habere possunt. Scriptores, qui difficilem
 hanc, tantoque animorum motu agitatam quæstio-
 nem enodarunt, triplicis generis esse deprehendi-
 mus. Quidam dominium maris, ejusque defen-
 sionem susceperunt, & quidem ex *Anglis* JOH.
 SELDENVS *de mari clauso seu de dominio maris. Lon-*
don. 1635. GVIL. VELWOODVS *de dominio maris*
juribusque ad dominum spectantibus. Hag. 1623.
 JONSTON *rerum Britannic. Lib. XIV.* ALBERIC.
 GENTILIS *in libro de jure maris. Anglis universum*
Oceanum vindicavit. JOH. BOVRAUGH. *Imperium*
maris Britannici ex monumentis historicis legibus-
que Angliæ demonstratum. Lond. 1688. Ex *Italis*
 PET. BAPT. BVRGVVS *de dominio Genuensis reipub-*
licæ in mari ligustico. Rom. 1641. PAVL. SARP-
 PIVS *del dominio del mare Adriatico della Serenif-*
sima Republica di Venetia. ANG. MATHEACIVS *de*
Jure Venetorum & Jurisdictione maris Adriatici.
Venet. 1617. JOH. PALATII *Leo maritimus seu de*
dominio maris. Venet. 1663. JVL. PATIVS a BE-

RIA

RIA *disceptatio inter Regem Hispaniæ qua Regem Siciliarum, & rempublicam Venetam de dominio maris Adriatici. Lugd. 1619. & Francof. 1669. Ex Germanis JOH. SIBRAND de dominio maris, oder vom Seegelftreichen. CONR. SAM. SCHVRZFLEISCH Maris servitus. Viteb. 1671. & 1683. JOH. AVG. de BERGER de imperio maris Adriatici Cæsari, qua Regi Dalmatarum ac Principi Istriæ, ut & Regi Neapolis atque Siciliæ proprio. Lips. 1713. SERAV. de FREIDAS de iusto imperio Lusitanorum Asiatico adversus Grotii mare liberum. Pinciæ, 1625.*

(*) Res nullius vel sunt a *natura*, quæ in nullius dominio unquam extiterunt, ceu in quibus nemini unquam jus fuit alios usu istarum rerum excludendi. Vel *facto hominis*, quæ pro *derelictis* habitæ dicuntur, si scilicet possessor sese ultro jure alios usu harum rerum excludendi abdicavit. Vel *tempore*, si de illarum rerum domino nihil certi constare potest. Quid juris sit circa res *derelictas*, ostendit PETR. HOMFELD *de rebus derelictis. Jenæ. 1675. GOTTHARD FONNE, utrum res aquis submersæ derelictis adscribendæ. Lipsiæ. 1689. CASP. ZIEGLER de rebus pro derelictis habitis. Witteb. 1686. JOH. HENR. FELZII Excepta controuersiarum illustrium de rebus pro derelictis habitis. Argentorati. 1708. HENR. ERNEST. KESTNER de jure rerum casu amissarum. Pintelii. 1710.*

§. LI.

Quidam econtra dominium maris impugnarunt, ejusque libertatem vindicarunt; & præcipue id egerunt *Belgæ*, quoniam illorum intererat tum propter navigationes Indicas, tum propter hælæcum capturam. Huc pertinet HUGO GROTIUS *de mari libero, seu de iure, quod Batavis competit ad Indicana commercia. Lugd. Bat. 1609. & Franc. 1669.* CORN. van BYNCKERSHÖCK *de dominio maris.* THEOD. GRASWINCKEL *vindicicæ maris liberi contra Seldenum.* Ejusd. *vindicicæ maris liberi adversus Petr. Bapt. Burgum.* Ejusd. *vindicicæ maris liberi contra Velwoodum, Hag. 1643.* JOH. ISAAC. PONTANVS *in discussionibus historicis de mari libero adversus Job. Seldeni mare clausum. Hartewig. 1637.* CONR. LERCH *de mari libero, Lugd. Bat. 1637.* JOH. GRÖNINGII *navigatio libera. Lubeck. 1698.*

§. LII.

Quidam denique hanc materiam nullo partium studio addicti elaborarunt, in quorum numero est JACOB. GOTHOFREDVS *de dominio maris.*
Fran-

Francof. 1664. HALOINVS. GODOFREDVS GAL-
 LVS *de dominio seu imperio maris.* 1637. JOH.
 STRAVCHIVS *de dominio maris. Viteb. & postea*
Brunschw. 1662. JOH. HENR. BOECLERVS *Mi-*
nos maris dominus. Arg. 1656. GEORG. PAVL
 ROETENBECK *quæst. an mare domini sive imperii sit*
capax? LEICKHERT *de dominio maritimo. Dres-*
dæ. 1683. LOCCNIVES *de jure maritimo. Amste-*
lod. 1669. MART. SCHOCKIVS *de imperio mariti-*
mo. Amstelod. 1654. MICH. HOGNOVIVS *de im-*
perio in mare. disput. II. Region. 1686.

§ LIII.

Modus acquirendi dominium derivativus est,
 quando res, quæ in alterius dominio jam extitit,
 in alterum transfertur (§ XLIX.); eoque, quum
 quilibet dominus voluntatem suam pro libitu &
 adjectis quibusvis conditionibus declarare possit,
 vel *universitas bonorum*, vel *certa bonorum portio*
 in alium transit. Quodsi vero universitas bono-
 rum transferatur, id vel fit per voluntatem domi-
 ni vere & expresse declaratam, sine alterius acce-
 ptatione, vel colligitur ex fine adquirentis tanquam
 signo certissimo. Priore casu illa voluntas *testa-*
men-

mentum adpellatur: posteriore vero *successio ab intestato*, cujus genuinum ac solidissimum fundamentum consistit in conservatione familiæ & præsumta defuncti voluntate. De testamentis, an sint juris naturæ? subtilis quidem movetur quæstio, quam affirmare non dubitavimus in *Triga disquisitionum I. Ex jure naturæ de testamenti validitate. Vindobonæ. 1758. & 1759.* SIRMANN in *Commentario juris naturæ de testamentis in statu naturali validis.* JOH. CPH. WEINLAND in *dissertatione de testamentorum ex jure naturæ efficacia. Extat illa in ejusdem Otio academico hyemali. p. 67-92.* JOH. CPH. KLAPROTHS *Abhandlung ob die Testamenta nach dem Rechte der Natur statt haben?* JACOB SAPPJVS *de origine testamenti factionis activæ. Lugd. Bat. 1742.* HENRIC. de COCCEJVS *de testamentis Principum. Francof. ad Viad. 1699.* JOH. FRANC. DUDDEVS *de testamentis summorum Imperantium, speciatim CAROLI II. Halæ. 1718.* PETR. MIDDELDORF *de fatis successionis intestatæ, testamentariæ, ac pacticiæ. sect. I. Rintelii. 1740.* JOH. GVIL. de GOEBEL *de successione ab intestato ex jure naturali. civili, & statutorio. Helmst. 1737.* CARL. FRID. REYTERHJELM *de successione secundum jus naturæ &c. Erfordii. 1734.* RVT-

GER.

GER. JO. KELLINGHUSEN *de acquisitione hereditatis secundum principia juris naturæ & civilis. Francof. 1750.* GVIL. CHRIST. STOCKMANNI *dissertatio juris naturalis de successione legitimorum, eorumque, qui secus pronati sunt. Jenæ 1721.* Contrarium vero defendit GEORG. CHRIST. GEBAYER *de origine testamentorum minime ex iure naturali repetenda. Göttingæ. 1736.* STEPH. WISCHER. *de testamentis juri naturæ ignotis. Ultr. 1720.*

§. LIV.

Transfertur porro certa bonorum pars, ceu res singularis vel *volente domino*, idque aut titulo lucrativo per *donationem*, aut oneroso per *contractum*. Vel *domino invito*, atque tunc res illa acquiritur aut per occupationem bellicam (§. XLIX.), aut per usucapionem seu præscriptionem, quam statui naturali contrariam esse, non sine fundamento adstrui posse opinamur; præprimis, quum in statu naturali non detur superior, qui tempus, quamdiu quis rem possidere debeat, ut dominium consequatur, definire possit. Nec minus præsumi potest, dominum rem, quam postea vindicat, si occasio vindicandi adest, pro derelicta habuisse.

M.

Et

Et sane, si præsumptio hæc admittatur, non foret usucapio, sed potius occupatio. Res enim pro derelictis habitas nullius esse (§. L. *), nemo negabit. Id singulari dissertatione illustravit PIERRE du PUY sive PETRVS PVTEANVS *si la prescription a lieu entre les Princes Souverains*. Inserta illa est operi *touchant les droits du Roy tres-chretien, Paris, 1655. & à Rouen. 1670.* DAN. FRID. HOTTEISEL *de fundamentis in doctrina de præscriptione & derelictione gentium tacita distinctius ponendis, Halæ, 1723.* Ejusdem *dissertatio de præscriptione immemoriali sanæ rationi & juri Civili contrariante, Hal. 1724.* JOH. BALTH. WERNHER *tera de præscriptione sententia, Viteb. 1718.* BIRGDEN *de præscriptione prætensionum illustrium.* JOH. WERLHOF *Vindiciæ Grotiani dogmatis de præscriptione inter gentes liberas contra Petrum Puteanum, Helmst. 1696.* JOH. ERN. GVNNERI *dissertatio, in qua demonstratur præscriptionem non esse juris naturalis, Fencæ, 1740.* JO. CHRIST. HEDLERI *disquisitio: an præscriptionis & usucapionis origo ex jure naturæ repetenda sit, præceptoque juris naturæ nitatur? Viteb. 1734.* JO. GOTTFR. KRAVSSIUS *num usucapio pariter ac præscriptio in jure naturæ sit fundata, atque adeo inter liberas gen-*

gentes locum habeat, & principi humanam legem non agnoscenti opponi queat? Viteb. 1733. AND. GVIL. PAGENSTECHEVS de fundamento præscriptionis in jure gentium positivo, non jure naturali quærendo. Marpurgi, 1748. CHRIST. GOD. WEIDLERVS de præscriptione in statu naturali considerata. Lips. 1739.

SECTIO VII.

DE

RERVM PRETIO.

§. LV.



tertium institutum humanum est **RERVM PRETIUM**, cujus originem debemus dominio. Eo enim introducto homines cœperunt egere pluribus rebus ad necessitatem, vel etiam vitæ commoditatem pertinentibus, & aliis econtra rebus abundare; ac proinde opus fuit commerciis, rerum per-

M 2

mu-

mutationibus, ac tandem rerum pretio. **PRETIUM** nobis est *quantitas rebus operisve attributa, secundum quam illæ inter se comparari possunt.* Illa vero comparatio vel inter res & operas singulas instituitur, vel communis quædam mensura, cum qua reliquæ res omnes aut operæ comparantur, adsumitur. Priori casu pretium hoc vocamus **VULGARE**, quod singulis rebus suis, aut operis quisque tribuit. Posteriori vero casu adpellamus **EMINENS**, quoniam illo omnia, quæ in commercio existunt, tanquam communi quadam mensura æstimantur. Requisita pretii eminentis, quum in eo consistant, ut materia nec nimis rara, nec vulgo obviâ sit, nec usu consumptibilis, aut pretio destituta, nec difficulter in quasvis partes divisibilis, nec difficiliter custodiri, aut ægre in quemvis locum transferri posset, illa vero requisita in nulla alia materia, quam in metallis pretiosioribus reperiantur, facile ratio reddi potest. cur plerisque gentibus, metalla adhibere, numosque variæ quantitatis ac ponderis cudere, commodissimum visum fuit. Huc spectat **HENRIC. UFFELMANNI** *dissertatio de mensura pretii rerum.* Helmst. 1668. **JAC. HINTZELMANNVS** *de pretio eminente.* Lugd. Bat. 1705. **JO. GEO. FICHTNERVS** *de justitia*

stitia pretii. Ald. 1718. HENR. COCCEJVS de pretio affectionis & amœnitatis. Heidelbergæ. 1684. Item de vero rerum pretio. Franc. ad Viad. 1701.

(*) Quoniam non omnis profert omnia tellus, ipsa sane necessitas homines coegit, ut commercia instituerent, & ea, quibus abundarent, aut quæ arte sua vel operis produderunt, aliis indulgerent, & econtra alia, quibus ipsi carerent, sibi acquirerent. Ex quo apparet, quid per commercia intelligamus. COMMERCIVM nihil aliud erit, quam *communicatio rerum operarumve necessariorum cum aliis harum rerum indigis ex perfecta obligatione potissimum profecta*. De commerciis extant varia scripta. ENGELBRECHT *von der Burg de usu & abusu commerciorum. Lipsiæ. 1710. ADAM. FRIBBECHOVIVS de commerciis. Kil. 1672. HERM. CONRINGIVS de maritimis commerciis. Helmst. 1685. CASP. ZIEGLER de jure commerciorum. Witt. 1666. MICH. GEHRKE de necessitate commerciorum in republica. Regiom. 1712. JOH. STRAVCHIVS de jure singulari commerciorum navalium. Witt. 1652. JOH. KLEINIVS de maxima commerciorum utilitate. Rost. 1696. Occasione navigationis & commerciorum agitata fuit controversia, utrum Imperator jus & privilegia in Indias atque Africam navigandi, commerciaque ibi instituendi Belgii Austriacæ incolis concedere potuisset. Scripsit quidem contra hocce jus ANONIMVS in *dissertatione de jure, quod competit societati privilegiatæ foederati Belgii in navigationem & commercia Indiarum orientalium adversus Incolas**

Belgii Hispanici hodie Austriaci. 1723. Dissertatio hujus auctorem esse dominum WESTERWEN Conciliarium societatis Indicæ Amstelodamensis. Verum contrarium magis juri veritatiq̄ convenire non minus ANONYMVS quidam demonstravit in *Vindiciis juris ac privilegii in Indias atque Africam navigandi, ibique commercia colendi Belgii Austriacæ Incolis novissime concessi.* 1724. Scriptum hoc a nonnullis adscribitur NENNIO fiscali Bruxellensi. Præterea eandem veritatem nobis exhibet FRIED. LVDW. VON GERGER *gründliche Erweisung daß Ibro K. K. Maj. in dero Oesterreichischen Niederlanden Commercia zu stabdiren und auf Zurichtung einer Ost- und West-Indischen Compagnie Privilegia zu ertbeilen berechtiget.* Porro huc pertinet *Ausführliche Bebaupung des denen Irwohnern der Oesterreichischen Niederlande zustehenden Gerechtsamen und Privilegii nach Indien, auch Africa zu schiffen, und daselbst freye Handlung zu treiben.* Leipzig. 1724.

§. LVI.

Introducto rerum pretio contractus inter homines fuerunt frequentiores, a quibus jure naturæ non differunt pacta, quoniam utrumque negotium utriusque consensu suam capit substantiam. *) Per PACTA, uti & CONTRACTVS, intelligimus *Consensum duorum pluriumve in idem placitum de dando aliquo vel faciendo, ad quod alter vel plane*

11011

non, vel saltem ex lege humanitatis aut beneficentiæ obligatus fuit. Isque consensus in duarum pluriumve voluntatum in eandem rem, easdemque circumstantias conspiratione ac unione consistens, quum vel verbis ore prolatis, aut literis consignatis, vel factis exprimi possit, alius **EXPRESSVS**, alius **TACITVS** merito dicendus est. Inter utrumque tamen quantum ad obligationem nihil est discriminis. Pertinet huc opusculum insignis **LAVTENSACK** *de discrimine inter consensum expressum, tacitum, & præsumptum.* Erford. 1610. Nec non **HEINRICI** *de consensu ad validitatem actus necessario.* **GEORG. ENGELBRECHT** *de consensu tacito.* Helmst. **ANDR. BEJER** *de consensu tacito.* Jenæ. **STRVVIVS** *de consensu.* Jenæ. 1666. **CHRIST. WERTHER MVHLPFORT** *de pacto tacito.* Jenæ. 1692. **HENR. THEOD. PAGENSTECHERVS** *de pactis tacitis.* Hammon. 1726. **JOH. EBERH RÖSLER** *de natura pactorum.* Tubingæ. 1713. **JVST. SINOLD** *de materia pactorum.* Giessæ. 1637.

(*) Ex quo apparet, eosdem scriptores, qui materiam contractuum pertractarunt, ob eandem rationem jure merito hic adduci posse. De contractibus in genere & in specie scripserunt **EICHEL** *de contractuum origine, natura & divisione.* Helmstad. **JOH. PHILIP. SCHLEVO-**

VOGTIVS *de contractibus, quantum sunt Philosophiæ considerationis. Jenæ. 1687.* CASPAR. CALVOER *decas questionum concernentium contractus & promissa secundum principia Philosophiæ moralis. Helmsiæ. 1675.* HENRIC. BODINVS *de contractibus summarum potestatum. Hæle. 1696.* GEORG. ADAM. STRVVIVS *de contractibus principum. Jenæ. 1688.* MAGN. DAN. OMESIVS *de contractibus, qui aleam continent. Altorf. 1698.* HENRIG. ERNEST. KESTNER *de contractibus summarum potestatum.* JOH. WERLHOFF *de pactis liberarum gentium.* GABRIEL. GRODDECK *de pactis conuentis. Ged. 1709.*

§. LVII.

Pacta, quum ineantur de dando aliquo vel faciendo, ad quod alter vel plane non, vel saltem lege humanitatis; aut beneficentiæ, quæ non admittit coactionem, obligatus fuit (§. LVI.), charitas autem inter homines jam diu ita refrixerit, ut de eorum humanitate atque beneficentia confidere haud possimus, inter homines sumopere necessaria esse, quivis facile animadvertet. Nec minus quis dubitabit, quin pacta serio ac deliberato animo inita jure naturæ servanda sint, atque perfectam producant obligationem (*). Qui enim alteri quid promittit, mentem suam de dando aliquo

quo aut faciendo satis declarat, jusque exigendi promissum in alterum transfert; adeoque qui promissis pactisque non stat, alterum lædit. Lædere autem, quum jure naturæ sit prohibitum (§. XXXIII.), merito concludimus, pacta propter fidem datam, qua nihil sanctius, nihilque perfidia detestabilius esse debet, omnino servanda esse. Hanc immutabilem sane veritatem comprobavit variis, iisque evidentissimis argumentis CHRIST. RÖHRENSEE *de fide servanda*, Viteb. 1675. EBERH. RVDOLPH. ROTH *de fide servanda*, Ulm. GOTTF. GLEITSMANN *de fide servanda*, Lips. 1687. JOH. JAC. MÜLLER *de fide Principum, jurejurando pari*, Jenæ. 1704. SLEVOIGT *de servanda fide a Principe*. ANT. WILH. SCHOWART *an pacta ob necessitatem publicam inita sint servanda?* Francof. ad viad. 1689. FAB. TOERNER *de sanctitate pactorum* Lips. 1709.

(*) Fides deliberato animo data jure naturæ adeo servanda est, ut sub nullo prætextu frangi queat. Quare errarunt ii, qui fidem hosti, aut ethnico, aut hæretico datam, non esse servandam, opinarunt. Hac de re extant varia scripta, in quibus omnibus id fusius demonstratum reperitur. ROBERT. SCHWERDT *de fide hæreticis servanda*. Antw. 1611. GRASWINCKEL *de fide hæreticis servanda*. 1660. JACOB. SCHVLTES

N

de

*de fide hæreticis servanda. Francof. 1652. ELIE
 ELLINGHERI quæstiones, an fides hæreticis servanda?
 JVL. FERRETUS de fide hosti servanda. JO. GE. HEP-
 PIVS, num hosti fides servanda? Viteb. 1702. Apologia
 ZARII contra ECKIVM de fide hosti non servanda. CHRIST.
 WILDVOGEL de fide hosti a privata data non servanda.
 Fencæ. 1705. JOH. VOLCKM. BECKMANNVS, ubi
 fides non servanda. JOH. GEORG. SIMON de fide mino-
 rum potestatum in bello &c. Fencæ. 1675.*

§. LVIII.

Quum ergo pacta serio ac deliberato animo
 inita jure naturæ servanda sint (§. LV.), & con-
 sensus consistat in duarum voluntatum in eandem
 rem, easdemque circumstantias conspiratione
 (§. LVI.); voluntas vero nihil adpetat aut adver-
 setur, nisi id prius ab intellectu præcognitum fue-
 rit (§. IX. & X.), facile ratio reddi potest, cur pa-
 cifci nequeant ii, qui usu rectæ rationis destituun-
 tur *); ac proinde non subsistant pacta furioso-
 rum, nisi dilucida habeant intervalla, nec non
 infantum, & omnium eorum, qui ob lubricum æ-
 tatis rem aut negotium, circa quod paciscuntur,
 haud intelligunt. Multo minus valide pactum in-
 eant ebrii; nec ii, qui ex joco aliquid promiserunt.
 Hanc materiam speciali dissertatione illustravit JOH.

REB-

REBHAN *de personis, quæ consensum præstare nequeunt. Argent. 1666.* Nec immerito huc referri possunt Scriptores, quos (§. LVI.) attulimus. Porro dissertatio SIRICII, *quatenus furiosi ex contractu, vel delictis obligentur? Giessæ.* TAVBER *de jure circa furiosos obtinente.* JOH. AD. FROMMANN, *de jure furiosorum singulari. Argent. 1655.* JOH. VOLCKM. BECKMANN *de jure ebriorum.* CHRIST. LÖBER *de imputatione actionum ex ebrietate fluentium. Jenæ. 1714.*

(*) Ob eandem rationem ulterius inferimus, ea omnia, quæ impediunt atque tollunt consensum, pactum reddere inutile, adeoque non subsistere pactum ex ignorantia vel errore initum: multo minus valere pactum, ad quod dolo alterius quis inductus, & læsus fuit; quoniam consentite non videtur is, cujus menti res aut persona, de qua pactus est, aliter proponitur, ac reipsa est. Huc spectat JOH. ELIÆ WEISII *dissert. de errore non nocivo. Erfordiae. 1704.* MEVIVS *de errore.* STRAVCHIVS *de errore.* WERNHER *de errore non faciente.* STRVBE *de ignorantia. Jenæ.* KOCH *de ignorantia. Helmst.* GERHARD. *de imputatione damni per ignorantiam commissi.* GEORG. STRVVIVS *de errore. Jenæ, 1654.* JOH. HENR. FELZII *dissert. II. de errore in contractibus. Argent. 1713. & 1719.*

§. LIX.

Quandoquidem porro pacta ineuntur de dando aliquo, aut præstando, ad quod alter vel plane non, vel saltem ex lege humanitatis atque beneficentiæ obligatus est (§. LVII), ea vero, quæ impossibilia sunt, neque dari, neque præstari queant; facile colligere licet, omnia pacta de rebus absolute impossibilibus inutilia esse, nullamque exinde nasci obligationem. Præterea, quum impossibile sit non tantum illud, quod per rerum naturam fieri nequit; sed & quod legibus bonisque moribus adverstatur; merito quoque inferimus, irrita esse pacta, quæ legibus justitiæ, aut charitatis repugnant, aut quæ decorum, pietatem, verecundiam lædunt, quæque in genere pacta de re turpi & illicita esse dicuntur. Nullitatem horum pactorum egregie ostendit JOACH. WEICKHMANN *promissionem ob turpem causam non esse obligatoriam. Viteb. 1678.* NICOL. PANCCIUS *de promissione vitiosa irrita. Viteb. 1692.* GEORG. HENR. LINCKIUS *de pactis vitiosis. Altd. 1717.*

§. LX.

Cæterum ex iisdem principiis conclusimus a contrario, pacta vi metuve extorta jure naturæ vali-

valida esse. Quum enim pactum sit consensus duorum in idem placitum de dando aliquo aut præstando (§. LVIII.), vis vero (puta respectiva) & metus nullatenus tollant consensum, quoniam metum passo competit electio, unum ex duobus malis eligendi; nemo non intelliget, ejusmodi pacta jure naturæ subsistere. Accedit & altera ratio, quod actio illicita, quam quis coactus fecit, ei imputetur. Quod sane, si actio illa non procederet a principiis actionis humanæ, scilicet ab intellectu & voluntate (§. IX.), nequaquam fieri potest. Et quis neget, pacificationes, quæ ut plurimum metu ineuntur, inter gentes subsistere, & tamen sat expeditum est, quidquid juris sit inter gentes, idem & esse inter singulos homines in statu naturali viventes (§. IV. *). Validitatem pactorum vi meture extortorum præter Scriptores supra (§. XLVII. *) allatos nobis luculentissime exhibet JOH. WILH. FEVERLIN *de obligatione pactorum metu injusto extortorum. Altd. 1718.* BRVCKNER *de promissione per vim extorta. Jenæ. 1690.* MARTIN. HERBST *Moralitas eius, quod metus causa factum est. Jenæ. 1678.* NIC. HENR. GYNDLING *de efficacia metus tum in promissionibus integrarum gentium, tum etiam hominum privatorum,*

rum, auxiliisque contra metum, Halæ. 1711.
 JVST. HENING. BÖHMER. *de exceptionè metus inju-*
sti in statu naturali &c. Halæ. 1720. & 1730.
 GOTTFR. OHM *de culpa agentium ex metu, Lips.*
 JOH. FRID. RHETIVS *de metu, Francof. 1673.*
 JOH. FRID. SCHROETER *de metu, Jenæ. 1654.*
 JOH. MICH. HALLWACHSII *pactorum, quibus vis*
metusve ansam præbuit, sanctitas & firmitas. Tub.
 1738. PHIL. PETR. LILIENTHAL *principium ob-*
ligationis & nonobligationis pacti per metum extor-
ti, Gryph. 1736. JOHANN. JVST. SCHMIDT. *de pa-*
cto metu extorto justo vel injusto, methodo naturali
evoluto, Halæ. 1733.

LXI.

A pactis non nisi objecto differunt fœdera.
 Quare omnia illa, quæ hætenus de pactis disserui-
 mus, ad fœdera non incongrue applicari queunt;
 præcipue, quum idem jus, quod inter integras ob-
 tinet gentes, inter singulos quoque homines in sta-
 tu naturali viventes locum habeat (§. LX.).
 Per FOEDERA intelligimus *conventiones gentium li-*
berarum de rebus ad utriusque, vel alterius rei-
 publicæ utilitatem pertinentibus. De fœderibus
 in

in genere egit CONR. SCHVCKMANN *de fœderibus*.
Rostoch. 1654. VALENT. FRIDERICI *de fœderi-*
bis, *Lips.* 1667. GOTTF. ZAPFE *de fœderibus*. *Je-*
nae. 1660. DAV. JON. SCHARFF *de fœderibus*, *Gießæ.*
 1683. JOH. SCHMIEDELIVS *de fœderibus*, *Jenæ.*
 1661. JOH. CPH. WAGENSEIL *de jure fœderum*,
Altorf. 1701. ULRIC. HVBERVS *de fœderibus*.
 1688. ARNOLD GOTTF. EVERS *de jure fœderum*.
Francof. 1714. VALENT. RIEMENSCHNEIDER *quod*
circa fœdera & ligas justum est, *Marp.* 1694. GE.
 SCHVBART *de moribus gentium circa fœdera*. *Jenæ.*
 1689.

*) Utrum fideli liceat fœdus inire cum infideli contra fi-
 delem, non satis expeditum est, sed doctores in di-
 versas abeunt sententias: alii id affirmant, alii negant,
 nos vero hanc quæstionem decidere nolumus, sed so-
 lummodo scriptores, a quibus allata quæstio in utram-
 que partem ventilata fuit, in medium proferemus,
 eum in finem, ut quis horum argumenta & rationes
 inspicere, easque inter se comparare queat. Huc spe-
 ctat MARTIN. HASSEN *An princeps Christianus cum non*
Christiano adversus Christianum fœdas inire possit? *Viteb.*
 1711. JOH. GEORG. ROESER *de fœderibus fidelium cum*
infidelibus. *Sedini* 1713. POLYCARP. LYSERVS *de fœderi-*
bis cum infidelibus. *Lips.* 1676. JVST. CHRISTOPH.
 DIETMAR *de fœderibus cum diversâ atque nullius religio-*
nis populis. *Francof. ad viad.* 1716. ANONYMVS *in einer*
Schrift,

Schrift, darinnen erwiesen wird, das ein Christlicher Potentat mit Unglaubigen eine Alliance schliessen könne. 1711.
 JOAN. ADAM. OSIANDER *de moralitate foederum cum infidelibus initorum. Tubing. 1737.*

§. LXII.

Quum foedera sint. conventiones liberarum gentium de rebus ad unius, vel utriusque reipublicæ utilitatem pertinentibus (§. LXI.), facile colligere licet, foedera alia esse ÆQUALIA, in quibus omnium foederatorum æqualis conditio est: alia INÆQUALIA, in quibus non æquale jus omnibus competit, sed alii aut melioris, alii deterioris conditionis sunt; id quod evenire potest tum ratione præstandorum, tum ratione modi præstandi. Hujusmodi exempla quam plurima extant, quæ nos docent, sæpius foederatum potentiorum minus potenti promittere subsidia pecuniaria, certum copiarum, aut navium & classiariorum numerum, & sibi vel nihil, vel parum restipulari. De foederibus æqualibus & inæqualibus legi meretur FELZIVS *de foedere mutuo.* GE. ADOLPH. SCHVBERT *de foederibus inæqualibus. Lipsiæ, 1705.* WAHREMUNDVS ab EHRENBERG *Meditamentum pro foederibus de regni subsidiis & oneribus subditorum.*

§ LXIII.

§. LXIII.

Quumque gentes liberæ de rebus ad utilitatem reipublicæ pertinentibus paciscantur (§. LXII.); utilitas autem se exferere possit vel pacis, vel belli tempore, non immerito colligimus, fœdera alia ad PACEM, alia ad BELLVM pertinere. Quæ vero ad pacem pertinent, in eo quam maxime consistunt, ut pax stabilis ac diuturna sit, utque subditi fructibus pacis quiete frui possint. Ad hæc referimus potissimum fœdera fidejussoria, per quæ sponsores pacis promittunt, leges pacis sancte servatum iri, partique læsæ auxiliū præbiturum. Porro ineuntur fœdera tempore pacis de præditiis nostris in munimenta quædam tuendorum finium causa recipiendis, quæ adpellantur *Barriere tractaten*: de munimentis novis sine consensu vicini non extruendis: de receptu hostibus non dando: de militibus aut subditis fugitivis non admittendis, &c. De his omnibus extant variæ dissertationes: ULR. OBRECHT *de sponsore pacis*, quæ inter academicas septima est. HENR. COCCEJVS *de guarantia pacis*, *Francos. ad viad. 1702.* SAM. STRYCKIUS *de jure prohibendi exstructionem fortalitorum*, *Halsæ. 1703.* CPH. RÖHRENSÉE *de*
 O ju-

jure muniendi, Viteb. 1670. AHASV. FRITSCH de jure praesidii, Jenæ. 1672. Item de jure fortalitiæ, Jenæ. 1672. CASP. ZIEGLER de jure fortalitiæ, AMAD. ERHOLD de jure fortalitiæ, Lips. 1666.

§. LXIV.

Nec minus tempore belli varia foedera a gentibus liberis ob utilitatem reipublicæ ineuntur cum exteris *), qualia sunt de jungendis viribus adversus hostem communem, quæ vocantur *of- und defensiv-allianzen*: vel de se bello non immiscendo, quæ adpellantur *Neutralitäts-tractaten*: de libero per territorium transitu, vel comœatu concedendo, &c. De singulis hisce materiis varia reperiuntur opuscula. JAC. AVG. FRANCKENSTEIN *de neutralitate, Lips.* JOH. WILH. NEUMEYER *von der Neutralität und Assistenz, Francof. 1629.* JOH. HENR. BOECKLER *de quiete in turbis seu Neutralitate, quæ adjecta est ipsius Commentario ad Grotium.* D. PARENS *de Neutralitate, Virceburgi. 1752.* JOAN. GOTTL. GONNE *de jure neutralitatis statuum, circulatorumque Imperii. Erlangæ. 1746.* JOH. JACOB. MULLER *de jure transitus per alterius territorium, Jenæ. 1697.* STREIT *de*

de transitu innoxio & noxio per territorium alienum, Altorff. 1715. CHRIST. SAM. ZIGRA *de jure belli ob transitum per alienas ditiones exercitui denegatum*, Viteb. 1686. CHRIST. LVDOVICI *de transitu Copiarum per territorium nostrum*, Lips. 1693. ANDR. BEJER *de transitu & receptu*, Jenæ. 1675. SAM. STRYCK *de transitu militum*, Francof. ad viad. 1675. JACOB. RÖSER *de transitu exercitui denegato*, Viteb. 1666. FELTMANN *de transitu exercitus*, Grœning. 1673. ACHASV. FRITSCHÉ *de transitu militari sine noxa instituendo*, Jenæ. 1674. PETR. MULLER *de officiis transeuntium cum exercitu per aliorum territoria*, Jenæ. 1682. & 1744. JACOB RÖHLER *de justitia bellorum ob denegatum comitatum susceptorum*, Viteb. 1667. JOH. JOACH. SCHOEPFER *an comitatu falso uti liceat ad fallendum hostem?* Rostoch. 1713.

*) Sæpius fœdera pangimus non modo cum amicis, sed & cum ipsis hostibus; prout negotia, quæ in bello incidere solent, id exigunt. Sic sæpe convenimus mox de urbibus dedendis, mox de captivis redimendis aut permutandis, quæ fœdera vocantur CARTELS; mox de induciis per aliquot horas aut dies, aut menses concedendis, &c. Singulæ materiæ a Scriptoribus opusculis specialibus illustratæ sunt. De urbibus dedendis scripsit JOH. CHRIST. MEIS *de civitatis deditio-*

ne. *Lipsiæ*. 1689. DAV. SCHEINEMANN *de deditioe sub clausula Clementiæ & discretionis. Altorff*. 1721. VLRICVS OBRECHT *hostis deditus. Argent.* 1677. JACOB. FRID. LVDOVICI *de deditioe personarum noxiarum. Joh. a SCHVLZ SCHVLTEZKI de nocentis & innocentis deditioe. Francof. ad viad.* 1702. De captivis redimendis, atque permutandis, egit PETR. MÜLLER *de eo, quod justum est circa captivorum redemptionem. Fena.* 1690. AND. AD. HOCHSTETER *de pretio redemptionis. Tubing.* 1704. JOH. FRIEDEM. SCHNEIDER *de permutatione captivorum. Hala.* 1713. BARTH. THILESIVS *de redemptione militum captivorum. Regiom.* 1706. JOH. NICOL. HERTIVS *de Lytro. Giessæ.* 1686. FRANC. ERNEST. VOGT *de lytro incendiario. Kil.* 1703. & *Lipsiæ.* 1719. De induciis tractat JOH. STRAVCH *de induciis. Videb.* 1668. JACOB. LE BLEV *de induciis. Gif.* 1660. BERNH. SCHVLTZE *de induciis belli. Kil.* 1683. CONRAD. SAM. SCHVRZFLEISH *de induciis. Lipsiæ.* 1668.



SECTIO

SECTIO VIII.

DE

IMPERIO, SEV SOCIETATE.

§. LXV.



transimus denique ad quartum institutum humanum, ceu IMPERIVM. Consideravimus hactenus officia hominis, tanquam hominis, seu in statu naturali viventis; oportet nunc hominem in statu adventitio sociali contemplari, atque in eo ad officia formare. Societatum vulgo tria statuuntur genera; *minimarum* ac simplicium, *mediarum* ac paulo compositorum, & *magnarum*, ceu Civitatum ac Regnorum. MINIMA Societas consistit in unione maris & foeminae, ceu in matrimonio, quod Jure naturae nihil aliud est, quam *pactum personarum diversi sexus* procreandae educandaeque sobolis causa initum. Ex quo ergo apparet, genuinum conjugii finem esse procreationem, commodamque sobolis educationem, quae duo a se invicem separari nequeunt. Deus enim tanquam auctor generis humani non solum voluit, ut homines existant,

O 3

fed

sed & ut feliciter existant, proinde ut liberi non modo procreentur, sed & ita educentur, ut in utilia humani generis membra adolescant. De hac materia legi merentur JOH. WOLFF *de societate matrimoniali. Viteb.* JOH. BALTH. WERNHER *de obligatione matrimoniali secundum legem naturæ. Lipsiæ. 1698.* JOH. GERARDVS *de conjugio. MOYSES AMYRALDI de jure naturæ, quod connubia dirigit, disquisitiones VI. Stad. 1712.* HENNING. ARNISÆVS *de jure connubiorum, Argent. 1636.* JOH. JAC. BURLEMAQVVS *de matrimonio. Genev. 1731.* SERVAAS *van de COPPELLO de conjugio in statu naturali. Lugd. Bat. 1743.* CHR. GOTTL. EHRENHAVS *de matrimonio duarum feminarum, sexu masculino simulato, inito. Erford. 1729.* JOH. WILH. LANGIVS *de obligatione utriusque sexus ad matrimonium. Halæ. 1736.* PETRVS SCHWENNER *de matrimonio senum. Regiom. 1703.* JOH. SAM. STRYCKIVS *de matrimonii jure & institutione. Halæ. 1707. Item de fine matrimonii. Halæ. 1708. & 1739.* L. B. de WOLZOGEN *de connubiis infantum. Jenæ. 1724.*

§. LVI.

§. LVI.

Quum ergo finis matrimonii sit procreatio, commodaque Sobolis educatio (§. LXV.), consequens est, ut omne id, quod repugnat fini matrimonii, Jure naturæ sit prohibitum. Quare nemo non intelliget, omnem nefandam venærem, quæ potius tendit ad explendam libidinem, adæoque adulteria, & supra, quæ cum summa aliorum injuria conjuncta sunt, omne lenocinium, nefandumque corporis quæstum juri naturæ adversari. Omnes enim hæ impurissimæ commixtiones procreationem sobolis pro scopo non habent, sed potius libidinem; quin immo sæpius ii, qui his libidinibus indulgent, hunc finem, quantum in ipsis est, impedire intendunt. Et licet finis ille subinde invitis parentibus obtineretur, tamen alter finis, puta educatio, ob incertitudinem prolis certo certius negligitur. Huc spectat JOH. GOTTF. a DVSSELDORF *de adulterio legibus divinis & humanis coercendo*. JOH. ANDR. GRAMLICHIVS *de moralitate concubitus*. Francof. 1716. JOH. GOTTL. STOLTZE *an concubitus sit tolerabilior polygamia*. Lub. 1713. CHRIST. THOMASIVS *de concubinato*. 1713. JOH. WOLF: JÆGER *Examen dissertationis*
cujus-

cujusdam Hallensis de concubinato. Tubingæ. 1713.
 HENR. BODINVS *de conjugio illicito. Halæ. 1703.*

§. LXVII.

Quumque Πολυανδρία, quæ est *conjunctio unius
 fœminæ cum pluribus viris*, non minus fini matrimo-
 nii repugnet, nemo dubitabit, quin illa jure
 naturæ sit prohibita. Per hanc enim incerta red-
 ditur paterna prolis origo, eaque incertitudo
 commodam liberorum educationem quam ma-
 xime impedit. Verum major difficultas oritur
 circa Πολυγονίαν (quæ est *conjunctio unius mariti
 cum pluribus uxoribus*), utrum illa jure naturæ sit
 licita? Hanc quæstionem, si accuratius perpenda-
 mus, eam affirmare nulli hæsitamus; præcipue quum
 ejusmodi conjugium nec procreationem sobolis
 impediat, nec prolem incertam reddat; quin
 immo ipse Dei populus hanc societatem cum pluri-
 bus uxoribus probavit; quod sane fieri non
 potuisset, si Societas illa juri naturæ repugnasset,
 quoniam jus naturæ immutabile esse (§. IV.),
 nec ullam recipere dispensationem (§. V.), jam
 demonstratum dedimus. Neque consensus uxo-
 ris necessarius est; hæc enim jus quæsitum
 habet

habet in corpus mariti, aliis tamen communicabile. Circa hanc materiam varios enixi sunt doctores partus; præprimis tempore reformationis, quo magna animorum contentione hæc controversia agitata fuit, ob PHILIPPI *Landgravii Hassiæ Πολυγονίαν* prodibat HVLDT. NEOBVLI *liber de digamia*, qui factum illud defendebat, paullo post BERNARD. OCHINVS, cui se opposuit THEOD. BEZA *libro de polygamia*, & JO. GERADVS *de conjugio (a)*, de quo videndus PETR. BÆLIVS *(b)*. Post bellum tricennale recruduit quoque bellum hoc literarium, occasione facti CAROLI LVDOVICI *Electoris Palatini*, qua DAPHNÆVS ARCVARIVS in vulgus sparsit libellum Germanice scriptum: *Betrachtung vom heil. Ehestand, Ehebruch, Ehescheidung, und Vielweibenehmung*. Deinde polygamiae patrociniū suscepit WILLENBERGIVS *in dissertatione, de finibus Polygamiae, habita Gedani*. STRVVIVS *(c)* ait, dissertationem hanc esse prohibitam a senatu Gedanensi & auctorem pariter ac respondentes a tribunali Petricoviensi fuisse ad rogam damnatos, quæ sententia tamen executioni mandata non fuit. Tandem causam hanc peroravit SINCERVS WAHRENBERGIVS *) *in discursu politico de Polygamia*; cui se op-

P

po-

posuit CHRIST. VIGILIS *Germanus, in dissertatione super polygamia simultanea. Germanopoli. 1673.*
 AVG. LEYSERVS *in dissertatione de polygamia, quæ extat in meditationibus ad pandectas, specimine 587.* GOTTL. GERH. TITIVS *de polygamia, incestu, & divortio jure naturæ prohibitis. recus. Lipsiæ. 1720.* MELCH. ZEIDLERI *disquisitio de polygamia &c. Helmst. 1698.*

*) Quis vero sub nomine SINCERI WAHRENBERGH latitet, non satis expeditum est: GESENIUS existimat, PVFFENDORFIVM auctorem discursus politici de polygamia esse (d): SCHLVTERVS opinatur, Secretarium quendam comitis a KÖNIGSMARK fuisse (e); PVFFENDORFFIVS sub hoc nomine quendam Holmiæ doctorem medicum latere putat (f). Alii, & quidem vulgo hunc sætum tribuunt JOH. LYSERO (g). Verum & de hoc non satis constat. Certum quidem est, LYSERVM duplicem *de polygamia discursum* edidisse. Primum latine, sub nomine THEOPH. ALETHÆI. 1674. & *recusum Friburgi. 1676.* Alterum Germanice, sub nomine J. L. in forma colloquii inter Monogamum & Polygamum. 1676., quorum prior refutatus fuit a JO. MVSÆO Theologo Jenensi, peculiari dissertatione. 1675. & a SEVER. WALTHERO SCHLVTERO Theologo Rostochiensis, postea concionatore aulico Danico in *Theologischen Gedancken von der Polygynie. Rostock. 1677.* Posterior sub examen vocatus fuit a GERH. FELTMANNO
 Juris-

Jurisconsulto Grœningensi in tractatu Germanico de polygamia. Lipsiæ. 1677. Plures LYSERI adversarios recenset STRVVIVS (h), qui tandem publice e Suecia fuit expulsus, ejusque scripta a carnifice combusta sunt. Ast nihilo tamen fecius aliud sparsit scriptum sub nomine *Polygamie triumphantis* THEOPHILI ALETHÆI. Londini scanorum. 1682.

- (a) §. CCVII. (b) *Dist. hist. & Critic. voc. OCHIVS.* (c) *Biblioth. Jurid. Cap. 13. §. 45. p. 584. confer. supplem. ad Biblioth. Lipenio Jenich. p. 326. voce polygamia.* (d) *Anonym. in Biblioth. Jur. Imp. Quadrip. cap. 1. pos. V. §. 6.* (e) *in Theologischen Gedancken von der Polygynie. pag. 83.* (f) *In dissert. epistolica, quam sub nom. Josua Schvartzii ad Sever. Wildschyffium 1688. scripsit.* (g) VINCENT. PLACCIVS *Theatr. pseudonym. n. 97. 277. 2867.* (h) *In Biblioth. Jurid. c. 13. §. 45. p. 582.*

§. LXVIII.

Præterea nec minoris difficultatis est & altera quæstio : an matrimonium jure naturæ *) sit indissolubile ? Enim vero, quum matrimonium sit pactum personarum diversi sexus procreandæ, educandæque sobolis causa initum (§. LXV.) ; adeoque mutuo consensu ineatur ; natura autem pacti exigat, ut, sicuti illud mutuo consensu constituitur, ita & mutuo dissensu dissolvatur, nullum superesse potest dubium, quin dissolubilitas matri-

monii juri naturæ non adverfetur, dummodo non tendat contra finem matrimonii (§. LXVI.); id quod tunc contingere potest, quando liberi necdum sunt plene educati; quin immo subinde ipfa æquitas fuadet, ut matrimonium, licet liberi necdum sint educati, etiam diffenfu unius diffolvatur; veluti, fi intolerabiles alterutrius conjugis mores hunc finem magis impedirent, vel aliæ juftæ ac fufficientes causæ adelfent; quales funt adulterium ab uxore commiffum, aut malitiofa defertio, aut in genere omnes, quæ impedimento funt, quo minus finis matrimonii obtineri poffit. De divortio & repudio egit WERNHER *de repudiorum caufis, præfertim dubiis fecundum jus naturæ. Lipf. 1693.* GOTTF. LVDW. MENCKEN *fana de jure Principis Evangelici circa divortia doctrina. Viteb. 1719.* JOAN. FRID. KAYSER *fundamenta doctrinæ de divortiis, oppofita differtationi Vitenbergenti, fub titulo, fana de jure principis Evangelici circa divortia doctrina. Halæ. 1721.* Ejufd. *de jure Principis Evangelici circa divortia, fub præfidio, J. H. Bæbmeri Halæ. 1715. & 1720.* Huic fe fe oppofuit JOH. MICH. LANGIVS *gründlicher Beweis, das Divortia jure naturæ verbotben find, und nur erft nach dem Sünden - Fall im Kläglichen*
fta-

*statu legali ihren Platz bekommen haben, entgegen gesetzt der sub-præsidio J. H. BÖHMERS gehaltenen dissertation de jure principis Evangelici circa divortia. Berlin. JOAN. FRIDERIC. KAYSERS abgenöthigter gegen Beweis, das die Ehescheidung in den Natürlichen und geoffenbarten göttlichen Recht nicht gänzlich verboten &c. wider Herrn LANGEN so genannten gründlichen Beweis &c. Halæ. JOAN. MICH. LANGIVS Göttlich triumphirende Wahrheit seines gründlichen Beweises, das die divortia jure naturæ verboten sind &c. wider Herrn Kayfers so genannten abgenöthigten Gegenbeweis, das die Ehescheidungen in dem Natürlichen und geoffenbarten göttlichen Rechte nicht gänzlich verboten sind &c. Berl. Idem defendit G. G. TITIVS de polygamia, incestu & divortio jure naturæ prohibitis. recus. Lips. 1720. Varia quoque scripta edidit JO. MILTONVS circa divortia, & ni fallor eum in finem, ut proprium defenderet factum, fex enim repudiavit uxores (a). Scripsit is *Tetrachordon or an exposition of the 4. Chief places of scripture concerning Marriage and divorce. London. 1645. Of the doctrine and discipline of divorce in 2. Books. London. 1644.* cui quum opponeretur *ANSWER to Milton's doctrine and discipline of divorce. London. 1644.*, re-*

posuit MILTONVS *Colasterion, or a Reply to a nameless ANSWER against the doctrine and discipline of divorce. London. 1645.*

- *) Quemadmodum divortium jure naturæ permiffum esse afferuimus, ita & Jure divino positivo prohibitum, sacræ paginæ clare indicant (b). Nec hoc involvit contradictionem, quoniam id, quod jure divino naturali permiffum est, jure divino positivo aut præceptum, aut prohibitum esse potest. Unde errat HEINECCIUS (c) una cum reliquis Scriptoribus Protestantibus, qui divortium jure divino positivo ob adulterium & malitiosam desertionem justum esse existimant. Hoc defendit JACOB. VAN DER VELDEN *de divortiis secundum sententiam protestantium. Heid. 1719.* JO. BALTH. WERNHER *de divortio ex nulla alia causa, quam adulterii, concedendo. Viteb. 1719.* AND. DE BYE *de divortiis & repudiis. Lugd. Bat. 1720.* JOH. JACOB. a RVSSSEL *de nullis aliis divortii causis, præter illas in sacris literis indicatas, in republica christiana admittendis. Lipsiæ. 1682.* JOH. WOLFG. TRIERI *dissertatio ad legem Evangelicam de divortiis. Francof. 1738.* Opusculum paradoxarum opinionum plenissimum (d) JOH. FRID. KAYSER *de divortio totali, seu quoad vinculum lege Evangelii licito. Gieslæ. 1740.* DAN. THEOD. VAN STAMEL *de justis divortiorum causis. Ultr. 1741.* JO. SCHILTERI *historia juris circa dogma Ecclesiæ Christianæ de dissolutione matrimonii quoad vinculum. Argent. 1687.* *Anonymi cujusdam gründliches Bedencken von Ebescheidungen, deren Art und Unterschied, auch denen Ur-sachen*

sachen, um welcher willen die Ehescheidung von der hohen Obrigkeit und denen Rechts-Collegiis verstatet und erkandt werden könne. JOH. LAUR. HOLDERRIEDER, an judaica infidelitas post conversionem alterutrius conjugum ad fidem christianam in republica christianorum sit justa causa divortii. Lipsiæ. 1740.

- (a) *Anonymus in Bibliotheca Jur. imper. quadripart. Cap. II. pos. IV. §. 13. n. (b) Math. XIX. Corinth. VII. 2. (c) Element. Jur. nat. & gent. Lib. II. cap. II. §. XLIX. (d) confer. supplem. ad biblioth. Lipenio - Jenich. pag. 109.*

§. LXIX.

Coeterum ex his jam allatis facile licet judicare de quæstione: utrum jure naturæ & cognatio & adfinitas matrimonium impediatur? Nam, cum jure naturæ omne id permissum est, quod fini matrimonii non repugnat, merito colligimus, has conjunctiones juri naturæ haud adversari. Et quidem quod attinet lineam collateralem, eo minus dubii habet, quoniam alias totum genus humanum ex incestu natum fuisset. Ex eodem principio sequitur, ut nec in linea recta (nisi in primo gradu, ceu inter parentes & liberos) matrimonium sit prohibitum. Nam licet matrimonium parentes inter & liberos non repugnet fini matrimonii, tamen certo certius adversatur alteri obligationi

ni

ni naturali, scilicet reverentiæ parentibus ab ipsa natura debitæ. Crebra enim ac continua familiaritas, quæ inter conjuges intercedit, præbet præsentissimum periculum violandi obligationem naturalem, quæ in reverentia, obedientia, & obsequio consistit. Accedit & altera ratio in unitate carnis fundata, quæ inter reliquos ascendentes & descendentes cessare, unusquisque intelliget. Hanc materiam solide excussit CHRIST. LÖBER *de legibus naturæ secundariis ad leges matrimoniales de incestu, commentatio, Jenæ. 1702.* GOTTL. GERH. TITIVS (§. LXVII.) AVG. LEYSERVS *in meditationibus ad pandectas, specimine DLXXXVI.* JOH. SCHVLTZ *de eo, quod non vetat lex, vetat fieri pudor in matrimonio constituendo, Gedani. 1690.* JOH. WOLFG. TRIER *de pudore naturali in contrahendis matrimoniis inspiciendo. Francof. 1737.* *De incestu juris gentium, ad cap. 18. Levit. auctore T. H. C. A. D. GOTHOF. VOLARD leges connubii, Levit. 18. ex jure Gentium. Lipsiæ. 1705.* ERN. AVG. BERTLINGIVS *de gradibus prohibitis secundum jus naturæ. Jenæ. 1743.* JOH. MICH. LANGIVS *de nuptiis per jus naturæ divinum, Ecclesiasticumve prohibitis. Altd. 1709. Item de nuptiis ob affinitatem in linea recta controversis. ibid. 1709.*

ELIÆ

ELIÆ SCHNEEGASSII *Diatriba de conjugio jure naturæ, & lege divina prohibito privigni cum privigna, duorum fratrum cum duabus sororibus, patris & filii cum matre & filia inter vitricum & viduam a privigno relictam, inter viduum relictum a defuncta privigna & defunctæ privignæ novercam.* Rost. 1693.

§. LXX.

Denique officia conjugum alia sunt vel **COMMVNIA**, quæ partim ex natura pacti, partim ex ipso matrimonii sine fluunt. Alia vel **PROPRIA**, & quidem *mariti* sunt, diligere uxorem, hoc enim requirit arcta societas: eandem nutrire, regere, ac defendere. Officia vero *uxoris* sunt, maritum amare, eumque honorare, nec non prærogativam quandam concedere, sine qua finis matrimonii, puta: procreatio commodaque sobolis educatio obtineri nequit, quoniam sæpius contingere potest, ut in eligendis mediis quam maxime dissentirent. Quum enim immemoriali experientia constat, sexum masculinum plerumque constantiorem prudentioremque esse, recta sane ratio dicat, huic prærogativam non esse denegandam. Quia vero hæc

Q

Præ.

prærogativa marito ob præstantiam sexus compẽtens jure naturæ non est præcepta, non dubitamus, quin fieri possit, ut uxor societatem matrimonialem ineuns sibi ob justas causas hanc prærogativam reservaret, veluti si regina privato nuberet. Omnia illa solidissime fufiusque deduxit doctiffimus JO. PHIL. PALTHENIVS *singulari dissertatione de Regina marito. Grypsw. 1707.* JOH. DAV. SCHWERTNER *de marito feminae imperantis cum subdito. Lipsiæ. 1686.* GERH. FELDMANN *de impari matrimonio, Brem. 1691.* HENRIC. COCCEJVS *de conjugio inæquali personarum illustrium. Heidelbergæ. 1681. & 1704.* GOTTFR. VID. MÖHRING *de connubiis principum. Viteb. 1702.*

*) Officia, quæ ex natura pacti fluunt, consistunt in eo, ut conjuges communem fortunam participant, communèque infortunium æque animo ferant, tanquam focii omnis vitæ; ut rem familiarem communi consilio administrant, omniaque bona, & jura, quæ ad societatem pertinent, communia habeant; ut alter alteri mutuum adjutorium præstet. Officia vero, quæ ex fine matrimonii resultant, sunt, ut conjuges liberos æquali amore prosequantur; ut æqualem liberorum curam ac sollicitudinem habeant, & ne unius utilitatem, quam alterius magis promoveant; ut invicem cohabitent, quia æqualiter ad procreationem educationemque

que obstricti sunt; ut mutuam castitatem observent, quæ non minus ab uxore, quam a marito violari potest: licet non negamus, violationem castitatis ob prolis incertitudinem esse detestabiliorem in uxore, quam in viro, magisque fini matrimonii repugnare. Quare recte ait CHRYSOSTOMVS (a): „in aliis sit præ-„rogativa viri, non in pudicitia:„ Et GREGORIUS NAZIANZENVS (b): „quo jure exigis, quod non re-„pendis? Hanc materiam speciali dissertatione illustravit HIERON. GÜNDLING, *an major a feminis, quam a viris, castitas requiratur? Halæ. 1717.* JACOB. ANT. JACOBI *dist. de fide uxoris erga maritum. Lipsiæ. 1715.*

(a) *homil. XIX. in 1. Cor. VII.* (b) LACTANTIUS *Inst. div. VI. 3.*
HIERONYMVS *ad Ocean. & can. 20. Caus. XXXII. quæst. X.*

§. LXXI.

Progredimur nunc ad societatem **MEDIAM**, seu compositam, quæ consistit ex Patre & Matre-familias, liberis atque servis. Quum ergo ex conjunctione maris & fœminæ plerumque nascantur liberi; nascitur quoque & nova societas parentes inter & liberos, cujus finis alius non est, quam commoda liberorum educatio. Quoniam vero liberi adhuc infantes a natura iis viribus nondum præditi sunt, ut sibi ipsis de alimentis prospicere, aut actiones suas ad normam rectæ rationis dirige-

re queant, ipsa sane natura nulli alii magis, quam parentibus, cum quibus unam carnem constituunt (§. LXIX.), curam liberorum demandavit, (a) quæ, quum sine directione, directio sine potestate, consistere non possit; consequitur, ut parentibus, quippe qui æqualiter ad educationem concurrere debent, competat POTESTAS in liberos, per quam nihil aliud intelligimus, quam *jus dirigendi actiones liberorum* (*). Ex hoc itaque apparet, originem potestatis parentum, qua jure naturæ in liberos utuntur, male ab HOBBSIO (b) ex occupatione, & a PUFFENDORFFIO (c) ex præsumpto liberorum consensu derivari. Hanc materiam fusius deduxit JOH. JOACH. ZENTGRAVIUS *de parentum imperio, ejusque juribus, Argent. 1695.* JOH. EB. ROESLER *de imperio parentum in liberos, Tubingæ. 1718.* JOH. BALTH. WERNHER *de jure parentum & liberorum secundum legem naturæ. Lips. 1698.* NIC. CHR. LYNCKERI *disput. de potestate matris in liberos. Jenæ. 1688.* FRID. LVD. HÜNEFELD *de potestate parentum circa religionem liberorum. Jenæ. LVD.* CHRIST. CRELL *de liberorum proprietate e causis naturalibus & moralibus adjudicanda. Lips. 1706.* EMAN. BRANDMULLER *de patriæ potestatis origine, progressu, & meta, Ba-*

Bafil. 1773. CARL. ANDR. CHRISTIANI Gedanken von dem Unterschied des Natürlichen und Römischen Bürgerrechts in Ansehung des Väterlichen Gewalts. Königsbürg. 1740. ANDR. van SWIETEN de patria potestate. Lugd. Bat 1737. NIC. EINERT de Imperio uxoris in familia. Lipsiæ. 1684. GOTTH. EHRENR. BECKERVS de fundamento juris patrii. Lips. 1686. JOH. MATTH. de CRANE de jure parentum in liberos. Lugd. Bat. 1732. JOH. DAV. ELLRODIVS de imperio parentum in liberos. Erlang. 1730. GOTTFR. REIN. KOESELIVS de iis, quæ patriam potestatem fundant. Lips. 1732.

*) Quemadmodum parentum potestas est jus dirigendi actiones liberorum, ita facile patet, parentibus ea omnia competere, sine quibus liberorum actiones, ad finem hujus societatis obtinendum, dirigere nequeunt; ac proinde quivis parentibus tribuet jus præscribendi liberis, quæ fini hujus societatis conveniunt, prohibendi, quæ eidem adversantur; nec non liberos immorigeros puniendi, castigandi, & ad meliorem vitam cogendi, quod tamen jus pro ratione status, dignitatis, familiæ, & præcipue ætatis, teste celeb. GRO- TIO (d) & PUFENDORFIO (e) decrescit. Præterea quum finis hujus societatis non exigat jus vitæ & necis in liberos, nec jus liberos venundandi, aut noxæ dandi, facile est ad existimandum, parentibus hæc jura esse deneganda. De hac quæstione egit JOH. SCHMIDT, *an parentibus liberos*

Q 3

suos

suos vendere liceat? Lipsiæ. 1698. AHASV. FRITSCHÉ de peccatis parentum & liberorum. JOH. DAVID. SCHWERTNER, utrum parentes liberos suos efficaciter destinare possint ad certum vitæ genus? Lipsiæ. 1686. ALGOTVS a SCARIN de terminis patriæ potestatis. Aboæ. 1732. ERNEST. AVG. BERTLINGIVS de jure parentum in liberis secundum leges cogentes. Gættingæ. 1744.

- (a) *Nostr. disquisit. II. ex J. P. U. de Majest. temp. interreg. §. 5. Nostr. disquisit. I. de Analog. Jur. Germ. Civ. Comm. cum jure provincial. Aust. Hung. Bobemic. Morav. & Tirol. quoad tutelam. (b) de cive IX. 3: (c) de jur. nat. & gent. Lib. VI. cap. II. §. 4. (d) De Jur. bell. & pac. Lib. II. cap. 11. §. 2. (e) Jur. nat. & gent. Lib. VI. cap. 11. §. 7. & seq.*

§. LXXII.

Atque hæc de parentum in liberos potestate sufficient. Consideramus porro officia parentum erga liberos, & liberorum erga parentes, quæ itidem ex fine hujus societatis, scilicet ex commoda liberorum procreatorum educatione promanare, nemo non animadvertet. Ex quo colligimus, officia parentum erga liberos, non modo consistere in conservatione liberorum, sed & in promovenda eorum utilitate atque felicitate (a). Id enim exigit ipsa educatio, quæ nihil aliud est, quam *cura parentum, qua liberos procreatos & conservare, & eorum felicitatem perfectionemque omni,*

quo

quo possunt, modo augere oportet. Quare ergo parentes liberis alimenta (*), victum & amictum pro conditione sua præstare, eorumque sanitatem curare, integritatem corporis ac membrorum conservare, illosque a luxu, lascivia, omnibusque aliis vitiis, quæ vires corporis animique ante tempus destruant, coercere tenentur. Nec minus parentes vi educationis obstricti sunt, ad perficiendum liberorum intellectum, ut boni verique cognitionem accipiant: ad præcepta sapientiæ rerumque divinarum ac humanarum scientiam a primis incunabulis instillanda, vel ad præficiendos idoneos instructores, qui hoc officium sibi delegatum suscipiunt, quo tamen casu suprema cura ac inspectio a parentibus est inseparabilis. Præterea necesse habent parentes, liberorum voluntates ita emendare, ut, quantum possibile est, adpetant bonum vere tale, oppositumque adversentur: adeoque omnia vitia, omnesque irrationabiles voluptates, ambitionem, calliditatem, avaritiam &c. summo persequantur odio. Extat hanc in rem incomparabilis dissertatio FRID. KETELSON *de officio parentum in liberos.* JOH. PHILIP. WANCHEL *de officio parentum in liberos.* Lipsiæ. 1689. JOH. EVCHELIVS *de jure naturæ, quo pater*

pater filiis est obligatus. Helmst. 1655. Graviter quoque hæc præcepta parentibus inculcat PLUTARCHVS aureo illo libello *de institutione liberorum.* JOH. JAC. KOLBIVS *de idea boni parentis, seu obligatione parentum erga liberos. Marp. 1698.* CARL. MATTH. DÆGENER *de æquali parentum auxilio. Lipsiæ. 1723.* WILH. CRAS *de alendis liberis. Lugd. Batav. 1735.* JOH. WILH. LANGIVS *de obligatione educandi sobolem. Halæ. 1736.*

*) Quum parentes ad alimenta liberis præstanda jure naturæ obstricti sint, prima autem alimenta consistant in lactis instillatione, merito concludimus, ad hanc jure naturæ matrem obligatam esse. Ipsa enim natura, quæ uberrimum illum fontem tam diu suppeditat, donec infans solidiorem cibum sumere possit, matrem hoc officium admonet. Quare matres contra officium tam proprium, quam commune agere, nulli dubitamus, si vel commoditatis suæ, aut formæ servandæ causa infantibus hoc nectar denegant; id quod ipsi pagani (b) ductu folius rationis agnoverunt, variisque argumentis comprobarunt. Neque suo officio ab ipsa natura imposito satisfacit mater, quæ hanc operam nutriculis delegant, quoniam teste experientia sæpissime mores, morbi, omniaque nutriculæ vitia una cum lacte instillantur, atque ab infantulis imbibuntur. Hanc obligationem ex professo ostendit JOH. FRID. COLLING *de obligatione matrum proprio lacte alendi liberos. Lipsiæ.*

Lipsiæ. 1709. De Aliud opusculum extat sub titulo: de indecore virorum obstetricandi officio, & de obligatione matrum lactandi infantes proprios, qua occasione per rationes physicas morales & medicas demonstratur, nec propriam matrum, nec infantum vitam periclitari, si puerperæ virorum obstetricantium & feminarum nutricum auxilio volent dicant. Paris. 1708.

(a) SENECA *de benefic. III. 31.* (b) PLUTARCHVS *de educat. Liber. p. 3.* GELLIUS *Nôct. Att. XII. 1.*

§. LXXIII.

Hiscæ officiis e diametro oppositum est omne id, quod educationi liberorum repugnat, quæ cum consistat in eorum conservacione perfectioneque (§ LXXII), facile ratio reddi potest, cur contra officia, quæ a parentibus ipsa natura exigit, non solum peccent illi, qui omni humanitate exuti abortum procurant, aut qui parentum nomine indigni infantulos exponunt, aut alimenta iis necessaria denegant, aut iis bona paterna, sine justa causa exheredando, auferunt: Verum etiam ii, qui culturam animi, id est, intellectus & voluntatis negligunt, aut liberis scandalum præbent, aut quod magis abominandum est, eis quid mali præcipiunt, ad scelera invitant, aut quæstum cum illis exer-

R

cent

cent &c. Huc summa cum utilitate conferri possunt sequentes dissertationes: JOH. FRID. WVCHERER *de moralitate abortus. Jenæ. 1712.* JOH. CPH. FRAVENDORF *de iniqua liberorum expositione. Lips. 1692.* DIET. GOTTH. ECKART *an & in quantum jure naturæ parentes obligentur ad hæreditatem liberis post obitum relinquendum? Lips. 1710. Untersuchung nach dem Rechte der Natur, wie weit ein Fürst Macht habe, seinen erstgebobrnren Prinzen von der Nachfolge in der Regierung auszuschließen. 1718.* AHASV. FRITSCHÉ *de peccatis parentum & liberorum. 1685.* JOH. CPH. FALCKNER *de injuria parentum erga liberos, Jenæ. 1680.*

§. LXXIV.

Quod vero ad officia liberorum erga parentes attinet, ea facile ex ipsa societatis hujus indole ac natura intelligi possunt. Etenim quum societas illa sit inæqualis, parentibusque competat jus dirigendi actiones liberorum (§. LXXI.), consequens est, ut liberi parentes tanquam superiores agnoscere debeant; ac proinde liberi jure naturæ obstricti sint ad omnia reverentiæ officia parentibus, factis, verbis, gestibus exhibenda, non solum

lum tanquam vitæ nostræ auctōribus, sed & ut ætate majoribus; quin imo ut superioribus, a quibus necessario dependent vinculo ab ipsa natura contracto. Porro liberi tenentur parentibus in omnibus, quæ Dei legibus non sunt contraria (a), obedire: id enim exigit jus dirigendi, quoniam directio actionum & obsequium sunt duo correlata, quo uno posito & alterum ponatur, necesse est. Nec non eorum nævos tolerare, vitiâ dissimulare, aut si quid durius in liberos sævirent, æquo animo perferre, nam & mali parentes, parentes tamen sunt, & uti SIMPLICIUS (b) dicit: existentia nostræ post Deum auctores. Nullum negotium alicujus momenti aggredi sine consensu eorum, præcipue nuptias contrahere. Parentum famam, quam fieri potest, tueri, eorum curam præsertim in decrepita ætate sollicitè suscipere; id quod tot tantaque beneficia in liberos collata exposcunt. De officiis liberorum erga parentes agit DAN. FRID. GERDESSEN *de naturali obligatione liberorum erga parentes. Altorff. 1710.* CHRIST DONAT *de jure naturæ, quod obtinet inter parentes & liberos. Viteb. 1672.* GE. PAUL. ROETENBECCIUS, *an aliquando liberi majora beneficia dare parentibus suis possint, quam acceperint? Altorff. 1690.* HEN.

OELMANN *de necessitate & honestate consensus parentum ad nuptias a liberis contrahendas. Regiom. 1710.* JOH. AVG. OLEARIVS *an liberis extra periculum constitutis pro vita parentum mortem oppetere liceat? Lips. 1695.* AVG. LEYSER *de reverentia parentibus debita. Helmst. 1713.* JOH. GOTTL. de HACKEMANN *Antipelargia, seu perfecta parentes conservandi obligatio. Helmst. 1739.*

- *) Præter officia parentum erga liberos, & liberorum erga parentes, dantur quoque mutua officia, ad quæ tam parentes, quam liberi æqualiter adstringuntur. Ad hæc officia pertinet *mutuus amor*, qui inter parentes & liberos intercedit, puta *naturalis*, a quo differt amor devotionis. *Mutua successio*, quam natura non modo liberis largitur, sed & parentibus, si liberi turbato mortalitatis ordine ante eos decesserint. *Mutua alimentorum præstatio*, quæ, quum parentes liberis a primis incunabilis usque dum sibi ipsis de alimentis prospicere potuerint, suppeditaverint, non sine summa injuria parentibus denegari possunt. *Mutua cura*, præsertim si parentes essent ægroti, aut ejus ætatis, ut nec sibi, nec suis rebus præesse possent. De mutuis parentum & liberorum officiis tractavit CONRAD. BOETNER *de mutuo parentum & liberorum affectu. Lipsia. 1709.* CAR. GOTTFR. ITTIG *de obligatione reciproca parentum & liberorum ad alimenta præstanda. Lipsia. 1709.* LVDER. SCHLEB-

PIVS

PIVS de præstationibus parentum & liberorum ex officia & affectu pietatis. Trajectis 1791. CAROL. LVNDIVS de jure parentum & liberorum, officiisque mutuis. Upsalia. 1704. GABR. HARTMANN libra æquitatis ad pendenda parentum & liberorum officia. Aboæ. 1703.

§. LXXV.

Ad societatem mediam, seu compositam ultimo spectat societas **HERILIS**, quæ est *conventio inter dominum dominantiæ & servos ac ancillas, ut cujus bi ad domini utilitatem operis suis promovendam, illi ad hos alendos, immo & aliquando ad certam mercedem præstandam obligantur.* Ex hac definitione adparet, servos alios esse **MERCENARIOS**, quando dominus non tantum alimenta, sed insuper certam mercedem pro operis præstat: alios **OBNOXIOS** (*), quando tantum alimenta a domino eis præbentur. Inter utrosque magnum intercedit discrimen: a servo mercenario enim dominus plus exigere non potest, quam is promittit, adeoque norma est ipse contractus locationis conductionis. In servos vero obnoxios Domino competit omnimoda & absoluta potestas. His igitur positis, facile intelligitur, quænam sint in

R 3

hac

hac societate dominorum & servorum officia? quod enim ad servos mercenarios attinet, quum illi ex locato obligentur, facile est colligendum, domino in hos majorem potestatem non competere; quam ut operas sibi locatas accurate præstet, adeoque non habet jus puniendi; sed si valde negligens foret, potest illum dimittere vel mulctare. De super legi metentur FERD. HARPRECHT *de jure domesticis, Tubingæ.* SAM. STRYCK. *de jure domesticorum. Francof.* 1672.

- *) Servitatem juri naturali repugnare, varii opinarunt. Verum, si rem penitus consideremus, eam juri naturæ nullatenus refragari, existimamus, quin immo ipsa natura nos sæpius cogit ad serviendum, si v. g. quis nihil haberet ad vivendum, aut a natura adeo stupidus esset, ut propriis viribus panem sibi acquirere non posset, aut si quis in bello esset captus &c. Servitatem jure naturæ licitam esse ex industria ostendit JOH. HENSELIVS *de servitute naturali, num jure naturæ sit licita? Lipsiæ.* 1692. JOH. MICH. TEVTSCHER *de statu servorum jure naturæ licito. Lipsiæ.* 1722. JOH. PAVL. FELWINGER *de servo naturali. Altorf.* 1678. VALENT. ALBERTI *de servitute naturali. Lipsiæ.* 1684.

§. LXXVI.

§. LXXVI.

Quum Dominus in servos obnoxios omnimodam & absolutam exercent potestatem (§. LXXV.), facile est ad intelligendum, cur dominus ab eis quascunque operas exigere possit, easque etiam aliis pro libitu locare. Nec minus exinde Domino competit potestas, tales servos alienandi, vendendi, donandi, aut quocunque modo in alium transferendi, eosque castigandi tanquam immorigeros, quin immo, si necessitas exigeret, morte puniendi. Dominus tamen debet illos tractare ut homines, adeoque summam committeret injuriam, si sine ulla justa causa vellet in corpus servorum sævire; quum sint æque homines ac dominus, iisdemque partibus essentialibus constant. Obligatio domini consistit in eo, ut servo præstet alimenta; servi vero obligatio, ut non tantum operas præstet, sed & domino reverentiam, honorem, & obsequium exhibeat; est enim societas *inaequalis & rectoria*. Potestatem domini in servos obnoxios solide nobis exhibet VESAL. MOBACHIVS *in dissert. de dominica potestate. Lugd. Bat. 1720.* GOEHVSII *disput. de modis dominicam potestatem constituendi & dissolvendi. Jenæ.* JACOB. HENRIC.

OHLII

OHLII *dissert. de patriæ & domnicæ potestatis differentiis, observationes Viro clariss. GEORG. D'ARNAVD imprimis oppositæ. Region. 1740. TITI a POPMA de operis servorum librorum. Colonia 1608.*

§. LXXVII.

Restat denique MAGNA Societas, quæ consistit in civitate (§. LXV.), cujus contemplatio quum pertineat ad jus publicum universale, eam in præsentiarum non attingemus, sed coronidis loco addimus scriptores, qui singula fere capita aurei GROTIANI operis *de jure belli & pacis* dissertationibus illustrarunt. Ad prolegomena Grotiani operis JAC. SCHATTERVS *de natura virtutis. Argentor. 1649. Ad lib. I. cap. I. §. 12.* BERN. WAGNERVS *de consensu gentium, ejusque usu in cognoscendo jure Naturæ. Viteb. 1680. Ad lib. I. cap. III.* BERNH. SCHVLTZEN *de summo Imperio. Rintelii. 1654. Ad lib. I. cap. IV. §. 3.* ERN. SAM. CYPRIAN *de jure regio. Helmst. 1699. Ad lib. III. cap. I.* JOH. JACOB. MULLER *de occisione furis nocturni. Jenæ. 1697. Ad lib. II cap. II. §. 13.* Idem MULLERVS *de jure transitus per alterius territorium. Jenæ. 1697. Ad lib. II. cap. IV.* JOH. WERL-

WERLHOF *Vindiciæ dogmatis Grotiani de præscriptione inter gentes liberas contra PETRVM PVTEANVM* 1696. *Ad lib. II. cap. V. §. 1.* JOH. JOACH. ZENTGRAV *de Imperio parentum in liberos ejusque juribus.* Argentorati. 1695. *Ad lib. II. cap. VIII.* JOH. GEORG. SIMON *Collatio Justiniani cum Grotio supra acquirendo rerum dominio.* Halæ. 1695. *Ad lib. II. cap. X.* NIC. CHRISTOPH. LYNCKER *Lapsuum Grotianorum specimen.* Fencæ. 1688. *Ad lib. II. cap. XII. §. 26.* JOH. GEORG. KVLPIſ *de circumventionoe in contractibus licita.* Swobaci. 1688. *Ad lib. II. cap. XV. §. 8.* JOH. AD. OSIANDER *de moralitate fœderum cum infidelibus initorum.* Tubingæ. 1737. *Ad lib. II. cap. XV. §. 16.* CHRIST. THOMASIVS *de sponsione Caudina atque Numantina.* Lipsiæ. 1684. *Ad lib. II. cap. XVII. §. 21.* JOH AVG. von dem BVSCHÉ *Dominum ex factò animalis præter culpam non obligari.* Lipsiæ. 1739. *Ad lib. II. cap. XVIII. §. 3. n. 2.* JOAN. CHPH. DORN *de ea, quod justum est circa legationes assiduas.* Fencæ. 1716. *Ad lib. II. cap. XXI.* JOH. JAC. MVLLÈR *de obligatione subditorum ex delicto summæ potestatis.* Fencæ. 1689. *Ad lib. III. cap. III. §. 3.* Ejusd. *de jure feciali.* Fencæ. 1693. *Ad lib. III. cap. IV. §. 10. & cap.*

S

XI.

XI. §. 13. JOH. JOACH. ZENTGRAV *de cæde hosti-
um captivorum. Argentorati. 1693. Ad lib. III.
cap. IV. §. 15. JOH. JAC. MULLER de armis in
bello illicitis. Item Ad lib. III. cap. XX. §. 31. quid
in hostem aqua liceat. Argentorati. 1657. Ad lib.
III. cap. XXII. JOH. GEORG. SIMON de fide mi-
norum potestatum in bello. Fencæ. 1675.*

ERRATA EXTANTIORA.

| Pag. | Linea. | Loco. | Lege. | |
|------------|--------|-------|--------------|---------------|
| In præfat. | 3. | II | commendati. | commentati. |
| | 4 | 2 | Singulos. | Singulas. |
| | 13 | 12 | interna | externa. |
| | 28 | 4 | excogitarunt | excogitarint. |
| | 36 | 7 | FEHELON | FENELON. |
| | 47 | II | αυτοχρησία | αυτοχρησία |
| | 51 | 10 | conscientiæ | conscientia. |
| | 53 | 5 | Dyellum | Duellum. |
| | 58 | 7 | mor- | mortuis. |
| | 58 | 19 | naturæ | natura. |
| | 79 | 1 | Aterum | Alterum. |
| | 86 | 17 | nullo. | nulli. |
| | 88 | 21 | particiæ. | partitiæ. |
| | 98 | 6 | privata | privato. |
| | 99 | 16 | consentite | consentire. |
| | 101 | 17 | meture | metuve. |
| | 109 | 10 | compositorum | compositarum. |
| | 109 | 14 | sobilis | sobolis. |
| | 122 | 17 | æque | æquo. |



LECTORI
S. P. D.

JOSEPHVS LEONARDVS BANNIZA,
JVRIS VNIVERSI DOCTOR.



ausam, hoc opusculum in
publicam emittendi lu-
cem, Tibi Benevole Le-
ctor! paucis exponam.
Non equidem negamus,
infinita propemodum extare juris Na-
turalis Systemata, ut cuique, aut su-

2)

per-

pervacaneum in nos suscepisse laborem, aut aliorum expilasse libros, videamur. Verum enim vero, ubi opusculum nostrum inspexeris, de illo, & navata nostra opera benigniorem feres sententiam. Nemo certe exhibebit nobis jurisprudentiam Naturalem quoad singulas materias dissertationibus illustratam. Atque in eo potissimum se ostendit utilitas hujus libelli, quod in promptu quis habeat eorum scriptorum notitiam, in quibus materia quaecunque peculiariter pertractatur. Scripta a nobis allegata non sine labore ex variis libris conquisivimus; præcipue ex Bibliotheca LIPENIO-JENICHIANA, STRUVIANA, GLAFEYANA, MEISTERIANA aliisque. Evolvimus quoque acta eruditorum Lipsiensia, nova literaria maris Balthici, acta Juris-Consultorum, *Juristischen Bücher-Saal, allerneuesten Nach-*
rich-

richten von Juristischen Büchern, & di-
ria litteraria plura.

Authores dissertationum, quas ad-
duximus, plurimi sunt Protestantici;
non sumus tamen adeo peregrini & ho-
spites in historia litteraria, ut nesciamus,
quantum a SS. Patribus, nec non a
scholasticis Doctoribus hac in materia
præstitum fuerit, aut quot insignes viri
ex Catholicis integra Juris Naturæ &
Gentium Systemata commendati sint,
quide libris edendis fueremagis solliciti,
quam de specialibus quæstionibus, aut
particularibus materiis figillatim dedu-
cendis.

Coeterum non sistimus hic Juris
prudentiæ Naturalis omnibus numeris
absolutum Systema; sed scopus nobis
præfixus eo unice collineat, ut libelli

) 3

no-

noſtri ſingulos Paragraphos, notasque
ſingulos diſſertationibus, & opusculis
hactenus evulgatis illuſtremus. Vale,
mihi que fave.

*Dabam Vindobonæ
iſſis Idibus Septembris
CICCCCLXII.*

DELINEATIO
JVRISPRVDENTIÆ
NATVRALIS,
DISSERTATIONIBVS,

QVÆ
DE SINGVLIS MATERIIS PRODIERE,
ILLVSTRATA:
CVI SVBJVNCTÆ SVNT.

POSITIONES

EX
VNIVERSIS PARTIBVS PANDECTARVM
POSTERIORIBVS,

QVAS
PRÆNOBILIS DOMINVS
JOSEPHVS SENSEL,
AVSTRIACVS VIENNENSIS
PVBLICE PROPVGNABIT
IN AVDITORIO JVRIDICO.

Ad diem 7^{mam} Septembris Hora 4^a.

Anno M. DCC. LXII.

VINDOBONÆ,
TYPIS GEORGII LVDOVICI SCHVLZII, Typographi
Academici.

DISPUTATIO FINALIS
EX
PARTIBVS PANDECTARVM
POSTERIORIBVS.

I.

De Adventitio peculio filiusfam. ne quidem eo casu testari potest, quando plenum ejus habet dominium; quamvis de iis inter vivos disponendi libera filiofam. majori XXV. annis facultas concessa sit.

II.

Ut Testamentum solenne Nuncupativum recte fiat, requiritur, ut testator coram septem testibus idoneis, specialiter rogatis, simul presentibus, ac testatorem videntibus, atque intelligentibus, unico contextu, voluntatem viva voce declaret.

III.

Quod si vero vel una dictarum solennitatum omissa sit, Testamentum (utpote non jure factum)

ctum) in utroque foro nullum producit effectum.
L. 21. C. qui test. facere poss.

IV.

Mater, vel Avus maternus necesse non habent liberos suos heredes instituere, vel exheredare, sed possunt eos silentio omittere; nam silentium Matris, & Avi Materni tantum facit, quantum exheredatio patris. Quod per *Nov. 115. c. 3.* mutatum non videtur.

V.

In institutione *pura duo tantum sunt tempora extrema*, quibus heres capax esse debet, facti scilicet testamenti, & mortis testatoris; & *unum medium*, quo mutatio juris non nocet; Tempus enim *aditæ hereditatis*, hic diversum a tempore mortis concipi nequit; quia si vel uno momento post mortem testatoris incapax fuerit, heres hereditatem acquirere nequit.

VI.

Quod si heres ex *re certa* institutus cohæredem habeat, Legatarii loco habetur. *L. 13. C. de Her. Inst.*

VII.

VII.

Hæc verba: *Si heres non erit*, casum continent & *Noluntatis*, si heres esse nolit; & *Impotentia*, si heres esse non possit. Adeo, ut unus casus expressus tacite contineat alterum, licet non expressum.

VIII.

Pupillariter substituere non potest mater, sed pater; & quidem liberis non tantum hereditibus institutis, sed etiam exhereditatis.

IX.

Cum pater impuberi filio in alterum casum substituit, in utrumque casum substituisse intelligitur, i. e. siue *filius heres non exstiterit*, siue *exstiterit & impubes decesserit*.

X.

Quod si itaque *Casus Pupillaris* eveniat, & filius intra pubertatem decesserit, Substitutus filio fit heres, exclusis filii legitimis heredibus, ipsa etiam Matre quoad *Portionem legitimam*.

XI.

Casus Pupillaris autem propter pupilli utilitatem

tatem, non tantum extitisse intelligitur, si filius paternæ hereditati se immiscuerit, sed & si bonis paternis se abstinuerit. Ut recte dicatur, *per nudam sui heredis existentiam confirmari tabulas pupillares.*

XII.

Per *Beneficium Inventarii* non est abrogatum *Jus deliberandi*; Unde si heres neglecto *Inventarii beneficio*, *Jus deliberandi* petere maluerit, non solum creditoribus in solidum tenetur, sed & integra legata & fideicommissa præstare debet, neque beneficio L. Falcidiæ, vel S^Ci Trebelliani uti potest. Quod vero ad detractionem *Portionis Legitimæ* non recte extenditur.

XIII.

Aditionis hereditatis effectus est, quod, qui adiit, vel in totum, vel pro parte fiat heres, & in universum *Jus* defuncti succedat; Licet aliud sit in *Possessione*, quæ nisi, naturaliter apprehensa sit, in heredem non transit.

XIV.

Quod si una eademque res duobus conjunctim relinquatur, & ambo perveniant ad legatum, scindi-

scinditur inter eos legatum, seu concursu partes faciunt; sed si alter deficiat, totum ad collegatarium pertinet *Jure* scil. *Accrescendi*, quod inter omnes conjunctos, etiam eos, qui *verbis tantum conjuncti* dicuntur, locum habet.

XV.

Annui legati non semel, sed sæpius dies cedit; *primi* scil. anni ex die mortis testatoris, *sequentium* vero ex initio singulorum annorum; Hinc etiam non finitur una Præscriptione XXX. annorum, sed singulorum annorum legatum tanto tempore præscribi debet.

XVI.

In *Quartam Falcidiam* tantum imputantur res, quas heres Jure hereditario capit, non quas jure legati vel fideicommissi, vel implendæ conditionis causa accepit; licet in *Quarta Trebellianica* secus sit.

XVII.

Si Ascendentes eundem gradum habent, ex æquo inter eos dividitur hereditas: ut medietatem quidem accipiant omnes a patre Ascendentes, quancunque fuerint; medietatem vero relinquam
a ma-

a matre Ascendentes, quantoscunque eos inveniri contigerit; ut adeo bona paterna inter & materna non sit distinguendum.

XVIII.

Cumulatio Actionum est plurium actionum, five unius, five plurium rerum nomine competentium, in uno libello coacervatio. Hæc illicita est; neutiquam tamen cum actionum concursu confundenda.

XIX.

Si quis interroganti *Decem*, promiserit *Quinque*, non in totum inutilis est Stipulatio: Sicut & Fidejussor in majorem summam datus, ad concurrentem obligatur.

XX.

Omnis Appellatio *effectum* habet non tantum *Devolutivum*, sed & *suspensivum*.





Österreichische Nationalbibliothek



+Z181871302

Österreichische Nationalbibliothek



+Z181871302

